Nicol[illegible]enardius

Medit[illegible]s graeca=
nicae in artem
grammaticam.

Cracoviae, 1790. 4o.

# HUMANISSIMO
## SIMULQUE DOCTISSIMO VIRO,
Jacobo Cantæ, Reverendissimi D. Cardinalis Campegii summo Cubiculario,

NICOLAUS CLENARDUS

S. P. D.

Sæpenumerò mihi venit in mentem, ejusmodi libellum conscribere, qui Græcæ liguæ studiosis, post primum Grammaticæ gustum, instar præceptoris esset, si quando vivæ vocis penuria laborarent. Atque id consilii, non defuerunt, qui probarent: Nihil tamen æquè confirmavit, ut tuum, doctissime Canta, judicium. Cum enim nuper Bruxellæ de literis ageremus, operæ pretium futurum credebas, si rudimentariis istis Tyronibus scriptor quispiam Græcus ita legendus proponeretur, ut singuli versus verborum thematis insignirentur, in illis enim rimandis miserè plerosque angi, quibus hac ratione scrupuli omnes eximi possent. Ibi me illicò minus jam propositi pœnitere cœpit, sed quasi oraculi autoritate permotus, inchoatum alioqui opus absolvere statui, eodem ferme filo, quod tua prudentia demonstrasti. Mitto itaque istuc Meditationes Græcanicas, easque sub nominis tui auspiciis editas, ut quisquis inde fructus ad studiosam juventutem manaverit, eum totum propensissimæ tuæ volun-

tati acceptum ferat, Deumqne precetur, ut quod præterea de juvandis bonarum artium studiis animo concepi, felicem sortiatur exitum. Mihi certè, pro effusissimo isto in literatos homines amore, augurari libet, & ominari licet, orbem aliquando sibi gratulaturum de præclaris Jacobi Cantæ meritis. Bene vale, Vir integerrime, & Campegiam familiam literarum gloria, quod strenuè facis, illustrare perge. Lovanii Anno M. D. XXXI. XII. Calendas Julias.

---

Mant-

# MEDITATIONES
## GRÆCANICÆ, IN ARTEM GRAMMATICAM,
### AUTORE NICOLAO CLENARDO.

GRAMMATICORUM præcepta, quæ discendis linguis destinata sunt, ita demum utilitatem afferunt, si & memoria fideli conserventur, & jugi meditatione, adhibito judicio, tanquam renoventur. Qua quidem in re tantum est momenti, ut hic eos peccare potissimum credam, quicunque studia linguarum infeliciter auspicati sunt. Videas plerosque annos aliquot in quibusvis passim observari auditoriis, noctes diesque Grammaticos evolvere, professorum dictata religiosissimè describere, & breviter omnem (quod dici solet) movere lapidem, ut artis, quam sectantur, omnes canones intelligant, cum interim tot consumptis laboribus, ne id quidem sint assecuti, ut vel nominum teneant declinationes, vel verborum Conjugationes: Usque adeo quosdam transversos agitat inconsulta illa discendi libido, novorum semper & incognitorum aviditate sollicita. Itaque non immeritò graves sæpe viri, Paulino more, illud istis occinere solent: Sem-

per discentes, at nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Indignum enim arbitrantur, pretiosi temporis magno dispendio linguam, aut Græcam, aut Hebræam affectare, cùm tot sint alioqui artes egregiæ, & mortalium usibus perquam necessariæ, in quibus summa cum laude versari possis. Neque tamen stultorum mores plus valere debent, quam prudentum industria. Quin potius errantes in viam reducere convenit, & grassanti latius malo præsentaneum remedium afferre. Quapropter nuper institutionibus in linguam Græcam editis, ubi, quidquid eò pertineret, breviter præcepi, operæ precium me facturum esse credidi, si discipulorum infirmitati, & temerariæ illorum sedulitati, curam consiliumque pro virili parte præberem, qui sursum ac deorsum, citra delectum, variis lectitandis feruntur, multarum quidem horarum jactura, sed fructu exiguo. Atque animum induxi, ut libellum aliquem rudi Minervá conscriberem, ubi Græcarum literarum Candidatis, tanquam vocem præceptoris vivam imitarer, ut haberent, qui jam rudimenta percepissent, quid sequi, quid fugere deberent. Delecta siquidem epistola Divi Basilii, nihil intactum reliqui, quod ad istas minutias pertineret, quæ primo discenda essent, quæ contra in præsens omitenda, & in posterum seponenda, quàm potui fidelissimè commonstravi. Neque ab hoc instituto duxi alienius esse, verbulis singulis anxia, quadam & barbara superstitione suum addere interpretamentum, nihil veritus, ne in calumniam raperetur, quod parvulis & balbutientibus ipse quoque me balbum præstitissem. Subdidi tamen suam unicui-

cui-

cuique sententiæ versionem Latinam, ut eam edidit Budæus, partim ne quis nostris modò conspectis ineptam & illatinam interpretationem, ut æquum est, irrideret, partim ut collatis inter sese linguis propria utriusque phrasis agnosceretur. Placent aliis alia: mihi hæc visa est Epistola mirum in modum idonea, quæ per omnes (ut ita dicam) syllabas exactè & diligenter excuteretur: propterea quòd præter elegantissimam dictionem, & dignam viro gravi venustatem, optimis monitis Christianos mores componit, sine quibus perniciosum est, quidquid usquam literarum ediscitur. Proinde cui in animo sedet nostro consilio uti, ubi summam Grammatices compendio parvo fuerit assecutus, nominum verborumque inflexionibus quantum sat erit degustatis, statim has legat meditationes, neque aliò se convertat, priusquam totam Epistolam pertractaverit, & pensiculando vestigandoque sic locis omnibus rationem à se ipse postulaverit, ut citra moram quicquid occurrerit, diluere possit, nihil inde proferatur vel minimi momenti, quod non ad suum thema tanquam ad originem referre queat. Nam ejusmodi exercitatio unum aliquem in libellum conferenda est, ne perpetuò ad eandem revolvare molestiam. Sed jam exposita nostri propositi ratione, Basilium ipsum loquentem audiamus, cujus est Epistola ad hunc modum inscripta:

Επιστολὴ τοῦ μεγάλου βασιλείου, πρὸς τὸν ἅγιον γρηγόριον τὸν θεόλαγον, περὶ τῆς κατ' ἐρημίαν διαγωγῆς.

Epistola Magni Basilii, ad sanctum Gregorium Theologum, de vita in solitudine agenda.

SECESSERAT verò Basilius in Pontum, nactusque lo-

locum contemplationi appositum, eodem Gregorium pellicere studuit, missis ad eum literis, in quibus amœnitatem secessus graphicè depingit & laudat. Cumque is respondisset, regionis indolem non magnopere spectandam, ubi de lucro pietatis ageretur, & simul videretur istiusmodi illecebris non adducendus, ut ipse quoque in Pontum migraret: ibi Basilius occasione oblata, pulcherrimam rescripsit epistolam, quam sic auspicatur:

## B A S I L I U S.

Επέγνων σου τὴν ἐπιστολὴν, ὥσπερ οἱ τοὺς τῶν φίλων παῖδας ἐκ τῆς ἐπιφαινομενης αὐτοῖς ὁμοιότητος πρὸς τοὺς τεκόντας ἐπιγινώσκουσι.

Verbum verbo redditum.

Agnovi tuam Epistolam, ut qui amicorum proles ex apparente in eis similitudine ad parentes agnoscunt.

Interpretatio Budæi.

Sic tuam epistolam agnovi, ut ii facere solent, qui amicorum liberos ex similitudine in ipsis conspicua agnoscunt.

## S C H O L I A.

Hunc *vertendi ordinem ad finem usquè servabimus, & ubique adjectis scholiis, quoties opus erit, ad nostras institutiones lectorem remittemus.*

Vox

Vox epistolæ prima ἐπέγνων) γινώσκω, id *est*, *nosco*, *Compositum autem ex præpositione* ἐπι, *est* ἐπιγινώσκω, *hoc est*, *agnosco*. *Secundus Aoristus activus verbi* γινώσκω, *est* ἔγνων, *a verbo in* μι *tertiæ conjugationis* γνῶμι, *cujus Futurum primum est* γνώσω, *à primitivo themate* γνόω, *unde secundus Aoristus activus* ἔγνων, *ut* δίδωμι, *Futurum* δώσω. *Aoristus secundus* ἔδων, *cujus formationem quære in Institutionibus. Sic à* γνῶμι *Futurum* γνώσω. *Aoristus secundus* ἔγνων. *Compositum* ἐπέγνων, *ex præpositione* ἐπι & ἔγνων. *Abjiciunt enim præpositiones ultimam vocalem, quoties præfiguntur vocalibus, ut suprà.*

Σου τὴν ἐπιστολὴν) σου, Genitivus est pronominis *primitivi, secundæ personæ*, σὺ σοῦ, *tu tui*, &c. *Usurpant verò Græci Gentivos primitivæ speciei, ubi Latini per possessivum loquuntur, tuam epistolam dicentes, non tuî epistolam. Illi autem* σοῦ τὴν ἐπιστολὴν, *quanquam & possessivis utantur:* ἐπιστολὴν τ σὴν.

ἐπέγνων σου) Ex Encliticis est σου, ideoque destituitur *proprio accentu, ut suprà. Enclitica verò non semper accentum remittit in præcedentem dictionem, sed quandoque solum amittit*, ἀτρείδης τε πάρος γε· *sic* ἐπέγνων σου· *id quomodo fiat, sensim ipse observabis: reperies* σῶμά σου, *non autem* σȣ, *rectè tamen* διδάσκαλός σου, σώματά σου. *Nam vocabula* προπερισπώμενα, *id est, quæ penultimam circumflectunt, aut* προπαροξύτονα, *id est, quæ acuunt antepenultimam, ea dictionis Encliticæ suscipiunt accentum, non autem* πα-

ρο-

ρoξύτονα id est, quæ acuunt penultimam. Tamet si quod ad accentum pertinet, securum adhuc esse præstat, neque multum de his rebus angi, priusquam in declinationibus & conjugationibus probè versatus fueris, & casuum ac temporum terminationes exactè perdidiceris. Tum denique ad accentus rationem veniendum erit, & in eo diebus aliquot consumenda meditatio, reliquis omnibus omissis, scilicet ut ex animo & seriò, quod agendum est, agas. Quando quidem re ipsa comperi, plerosque, in his literis cum plurimum temporis contrivissent, tamen vix tandem ad eam frugem pervenisse, ut justam Grammatices cognitionem nacti essent, non aliam ob causam, nisi quod statim omnia simul nosse voluerint, & nulli tamen rei totos sese dedere. Atque illud vel maxime linguis provehendis impedimento consuevit esse, dum viri alioqui boni, sed è quorundam moribus hæc studia æstimant, putantque linguis singulis seculum esse tribuendum, cum tamen, si quis recta ratione rem instituat, non modò Græcam & Hebræam, sed & Chaldeam, & Arabicam ita nosse possit, ut reliquis disciplinis percipiendis nihil prorsus officiant, sed maximè prosint. Proinde ut ad nostrum institutum recurrat oratio, sic formari velim discipulum, ut primus labor impendatur declinationibus & conjugationibus, etiam neglectis accentibus, nisi si quid obiter suapte industria notarit, deinde se in autore quopiam exerceat, & singulas minutias excutiat, quemadmodum in epistola præsenti facere cœpimus. Ubi hoc scopo sibi proposito, jam istam partem satis

*tis assecutus erit, mox, alteram curam suscipiat de Accentibus, aut de Syntaxi, dissimulatis interim illis, quæ huc non pertinent. Itaque suaserim libellum aliquem, huic exercitationi designatum, non semel tantùm evolvere, verum toties à capite ad calcem usque perlustrare, quoties novam provinciam capessas: ita enim futurum est, ut & vetera, quæ jam didiceris, relectione confirmentur, & animus præsenti negotio detentus minus distrahatur alienis.*

τὴν ἐπιστολὴν ) τὴν Accusativus fœminus articuli *præpositivi* ἡ, τῆς, τῇ, τήν. *Adhibent autem articulum fermè singulis dictionibus, interdum certitudinis gratia, interdum etiam ornatus causa, de quo suprà dictum est.*

ἐπιστολὴν ) Accusativus singularis, ἡ ἐπιστολή, *Secundæ declinationis, ut* ἡ τιμή· τὴν ἐπιστολὴν *ut* τὴν τιμήν. *Articulus additus facilè commonstrat nominum genus, numerum & casum: quod si defuerit, adhibito Lexico, planum fiet: nam cæteri casus cum Nominativo principalem syllabam habent eandem. At in verborum temporibus alia est ratio propter augmentum. Cùm verò dicatur* ἐπιστολή, & ἐπιστολήν *accentu acuto, hic gravis positus est* τὴν ἐπιστολὴν: *dictiones enim acutæ nisi ponantur in fine periodi, & sententiam claudant, mutant acutum in gravem ob consequentem dictionem, ut suprà.*

ὥσπερ) ut, quemadmodum, similitudinis adverbium. *Idem significat* ὡς. *Est enim plerisque* περ *adjectio syllabica, ut etiam in articulis subjunctivis* ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, *ut suprà dictum est. Nemo verò sibi molestiam adsciscat, in memorandis Adverbiorum variis significandi modis, aut Conjunctionum potestatibus, ut norit, quas Expletivas dicere debeat, Rationales aut Caussales. Illud pro partibus orationis, quas vocant indeclinabiles, satis fuerit, ut quando occurrent in autoribus, significationem & usum observet.*

οἳ) qui, articulus subjunctivus, functus officio relativi, *ut suprà dictum est: quòd si scribatur sine accentu* οἱ, *præpositivus erit, qui non conveniret verbo* ἐπιγινώσκουσι, *sed participio*, οἱ ἐπιγινώσκοντες, *id est, agnoscentes, at* οἳ ἐπιγινώσκουσι, *qui agnoscunt.*

τοὺς τῶν φίλων παῖδας) amicorum liberos. Inter *articulum dictionis regentis, & ipsam dictionem regentem eleganter collocatur dictio recta cum suo articulo*, τοὺς παῖδας τῶν φίλων *liberos amicorum*, τοὺς τῶν φίλων παῖδας, *amicorum liberos. Sic reliquæ particulæ, ut Præpositio cum casu, aut Adverbium venustè ponuntur in medio* τὸν μεθ' ἡμῶν βίον, τοὺς οὕτω καθάδοντας· *cujusmodi sunt apud Latinos, ubi inter adjectivum & substantivum quippiam interseritur.* Temperatum orationis genus, Summam doctoris autoritatem, &c.

τῶν φίλων) articulus indicat esse Genitivum pluralem à Nominativo tertiæ declinationis ὁ φίλος amicus, ut ὁ λόγος, τῶν λόγων, τῶν φίλων. Semper verò genitivus pluralis desinit in ων, in omni declinatione, ideoque inde certum Nominativum non licet colligere, nisi consulto Lexico, aut præceptore.

τοὺς παῖδας) proles, liberos. ὁ καὶ ἡ παῖς, τοῦ καὶ τῆς παιδός, Quintæ declinationis pluralis τοὺς παῖδας, accentum habens in priori syllaba, cùm tamen genitivus παιδός ultimam acuat: de hoc suprà dictnm est, cur etiam παῖδας circumflectatur, non autem acuatur, dicendo παίδας, notatum est suprà in ἑστώς, ἑστῶτος.

ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης) ἐκ & ἐξ idem significant, sed hoc ante vocalem, ἐξ αὐτοῦ ex ipso, illud ante consonantem, ἐκ πατρὸς, ex patre. Præpositionum significata, regimen & usum disces optimè, legendis autoribus, & doctorum interpretationibus, quales ætate nostræ duos insignes vidimus, Erasmum & Budæum. Quod si cui licebit alieno magis frui labore, non habeo consilium expeditius, quàm ut ipsius Budæi commentarios, ubi de præpositionibus accuratissimè scripsit, diligenter perlegat, præsertim si jam in literis grandior sit, & plusculum nactus fuerit judicii. Alioqui infirmioribus & rudibus commodum erit Lexicon illud, quod nuper Parisiis excusum est opera Gerardi Morrii, qui sedulò studuit, ut juventus in promptu

ptu posita haberet & suo loco, non modò quæ tradidit Budæus, verùm etiam quæcunque ex aliorum monumentis apiculæ in morem collegit.

ἐπιφαινομένης) Φαίνω, compositum ἐπιφαίνω, ostendo, Passivum ἐπιφαίνομαι ostendor, appareo, reluceo & conspicuus sum, nam crebrò passiva Græcorum reddimus per neutra Latinorum, aut contrà. Licet enim eandem rem diverso nominare contingat idiomate, tamen quæ vocantur apud Grammaticos partium orationis accidentia, Genus, Numerus, Figura & hujusmodi, ea non semper conveniunt: ut nos dicimus in plurali, Divitiæ, divitiarum, illi singulariter ὁ πλοῦτος τοῦ πλούτου nos deponentis voce furor: illi voce activa, κλέπτω. Sic non mirandum, cùm illi dicant, ἐπιφαίνομαι sub voce passiva, non interpretemur non solùm ostendo, sive videor, sed etiam appareo, reluceo, & etiam per circumlocutionem conspicuus sum. Igitur ab ἐπιφαίνομαι sit participium ὁ ἐπιφαινόμενος, qui ostenditur, apparens, aut si per nomen reddere velis, conspicuus. Fæmininum ἡ ἐπιφαινομένη secundæ declinationis, Genitivus τῆς ἐπιφαινομένης.

ἐπιφαινομένης αὐτοῖς) apparente in ipsis: Composita regunt casum præpositionis: ἐπι Dativo jungitur, significans idem quod, in; proinde verbum compositum Dativum habet, ἐπιφαίνομαι αὐτοῖς, reluceo in ipsis: nam absurda fuerit imitatio, Inappareo ipsis, quod verbum Latinus non agnoscit.

*scit. Quò factum est, ut in versione præsentis Epistolæ, non sic verbum verbo reddere potuerimus, quin interdum cogeremur minus esse inepti, dum saltem Latinis vocibus uti studemus, & si peculiarem lingvæ phrasin neglexerimus. Ideo vertimus. Apparente in ipsis, non autem, Inapparente ipsis.*

αὐτοῖς ) Dativus pluralis pronominis αὐτὸς, de *quo suprà dictum est.*

ὁμοιότητος ) ὅμοιος similis, ἡ ὁμοιότης similitudo, τῆς ὁμοιότητος *Adjectiva in* ος *formant Substantiva fœminini generis in* ότης, *quorum Genitivus in* ότητος, *ut suprà.*

ὁμοιότητος πρὸς τοὺς τεκόντας ) Observabis di*ctiones, quæ significant convenire, similem esse, aut contrà, dissidere, dissentire, pugnare, &c. præpositioni* πρὸς *adjungi, exempla notabis, ubi inciderint.*

πρὸς τοὺς τέκοντας ) Præpositio πρὸς, cum Ac*cusativo.*

τοὺς τεκόντας ) τίκτω pario, secundus Aoristus ἔτεκον, *ab inusitato verbo* τέκω· *ab* ἔτεκον, *Participium* ὁ τεκὼν τοῦ τεκόντος. *Accusativus pluralis* τούς τεκόντας, *id est, eos qui genuerunt aut pepererunt, nempe parentes, quod tamen est nomen, non participium. Habent autem Græci in*

*omni-*

*omnibus verbis omnium temporum participia. Latini non item. Cum sit igitur τεκόντας, participium Aoristi secundi, & significet præteritum, necesse est, nos circumloqui per verbum & relativum τοὺς τεκόντας, eos qui genuerunt. Nam à verbis activis, ut sunt pario, gigno, non fiunt participia præteriti temporis. Ideoque si velimus adhibere periphrasin, & tamen una tantum voce reddere, vel rationem temporis negligimus, & utimur Participio præsenti gignentes, parientes, aut ejus loco nomen ponimus, parentes, genitores. Idem facio in cæteris, ut si quando Latinum participium ejusdem temporis non reperiatur, invenias nomen, quod saltem significatione consentiat, sicut à verbo κτίζω, Futurum κτισω, Aoristus primus ἔκτισα, Participium ὁ κτισας, qui creavit pro quo verte, creatorem.*

ἐπιγινώσκουσι) agnoscunt, tertia pluralis, ab ἐπιγινώσκω.

## BASILIUS.

Τὸ γὰρ μὴ μέγα εἶναι φῆσαι τὴν τοῦ τόπου κατασκευὴν πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι ὁρμήν τινα τῇ ψυχῇ σου, εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν βίον, πρὶν ἂν περὶ τοῦ τρόπου τὶ μάθοις, καὶ τῆς διαγωγῆς· σὸν ἦν ὄντως τὸ διανόημα, καὶ τῆς σῆς ψυχῆς τῆς πάντα τὰ τῇδε μηδὲν τιθεμένης, πρὸς τὴν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκειμένην ἡμῖν μακαριότητα.

## Verbum verbo redditum.

Nam haud magnum esse dicere loci structuram ad ingenerandum impetum aliquem animo tuo, ad cum nobis vitam, priusquam de modo aliquid didiceris & conversatione: tuus est revera sensus, & tui animi, omnia hîc nihili facientis, præ in pollicitationibus reposita nobis beatudine.

## Interpretatio Budæi.

Nam quod existimare te aïs, magnopere non referre habitum structuramque loci, ad ciendum in animo tuo desiderium vitæ nobiscum agendæ, antequam compertum quippiam habeas de modo & ratione vitæ nostræ, tuus hic est profectò, animique tui sensus, qui hujus mundi bona prorsus nihili esse ducas, prout est beatitudo, quam reconditam in divinis pollicitationibus habemus.

## S C H O L I A.

τὸ γὰρ μή μέγα εἶναι φῆσαι, &c.) Sic ordina: τὸ φῆσαι τὴν τοῦ τόπου κατασκευὴν μὴ μέγα εἶναι, *id est, dicere loci structuram non magnum esse, hoc est, multum habere momenti: cæterum* τὸ, *jungitur infinitivo* φῆσαι, *tanquam nomini. Siquidem infinitivus sive ſolus, sive cum casu, nominis vice fungitur, idque in neutro genere, & hoc loco tanquam nominativus habetur.*

γὰρ) enim, nunquam primum locum sibi in *oratione vendicat, ideoque vertimus per nam, propterea quod Latini pro articulo τὸ, nihil habent quod ponant, nisi dicant, τὸ γὰρ φῆσαι, Ipsum enim dicere: aut, id enim nempe dicere, ut capiamus articulum præpositivum pro pronomine demonstrativo id est, τὸ pro τοῦτο· siquidem hoc interdum fit, ut supra. Alioqui si articulum suo more capias cum nihil latinè respondeat, turpe foret dicere το γὰρ φῆσαι, enim dicere, quapropter vertimus: Nam dicere.*

μὴ μέγα) non magnum, μὴ non: alia significata *in præsens omitte, & suo loco discenda ducito.*

μέγα) magnum, adjectivum neutrum, de quo *suprà dictum est. Sæpe alterius substantivo additur adjectivum neutrum, τὸν τοῦ τόπου κατασκευὴν εἶναι μέγα, Loci structuram esse magnum, veluti substantivè, hoc est rem magnam aut magni esse momenti, magnopere referre, ut Budæus vertit.*

εἶναι) esse, Infinitivus ab εἰμὶ sum, ut supra.

φῆσαι) Infinitivus Aoristi primi, ab Indicativo ἔφησα, *ut τύψαι, ab ἔτυψα. Cur ergò non φήσαι ut τύψαι, accentu acuto? Iam monuimus, non aliud esse agendum prima lectione hujus Epistolæ, quàm ut casuum & temporum & personarum terminationes rimaremur, & vides terminatione consentire φῆσαι cum τύψαι, utrumque in αι. Quod*

ad

*ad accentum attinet αι in hujusmodi solet haberi pro brevi, ut suprà. Longa verò ante brevem finalem circumflectitur. Itaque scribendum non φήσαι sed φῆσαι ut suprà dictum ἑστὼς ἑστῶτος. Vsitatum verò thema hujus infinitivi φῆσαι est φημὶ, de quo suprà dictum. Nec tam significat dico, quàm puto & profiteor; utrumque explicat Budæus: τὸ γὰρ φῆσαι, nam quod existimare te ais.*

τὴν τοῦ τόπου κατασκευὴν) de Articulo dictionis *regentis & rectæ, vide notata suprà in* τοὺς τῶν φίλων παῖδας.

τόπου) loci, ὁ τόπος tertiæ delcinationis, τοῦ τόπου.

κατασκευὴν) structuram, ἡ κατασκευὴ secundæ de*clinationis.*

πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι τῇ ψυχῇ σου) ad ingenerandum *animo tuo. Gerundiis & supinis Græci carent, in quorum locum subeunt Infinitivi, adjectis articulis neutrius generis,* πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι, *hoc est (ut rudius loquamur) ad ingenerare, id est, ad ingenerandum, aut caussa ingenerandi. nam prius supinum, gerundium in di vel dum, fermè efficit infinitivum adminiculo præpositionis* πρὸς.

ἐμποιῆσαι) Infinitivus primi Aoristi activi. ab ἐμποιέω *indo, ingenero, innasci facio, quasi intus facio, vel inesse facio. Capiatur simplex* ποιέω, &

 *per*

per Crasin ποῶ, primæ conjugationis circumflexorum, futurum ποιήσω, Aoristus primus ἐποίησα Infinitivus ποιῆσαι, unde compositum ἐμποιῆσαι, ab ἐμποιέω, ex præpositione ἐν, migrante ν in μ propter ϖ sequens. Quomodo verò se habeant præpositiones ἐν & σὺν in compositis, vide suprà in verbo συῤῥήγνυσθαι.

Quoties inciderit verbum compositum, ut facilior sit temporum formatio, tolle præpositionem, & excutito simplex, ut modò fecimus in Infinitivo ἐμποιῆσαι.

ὁρμήν τινα) Desiderium aliquod, & impetum: nam: hoc propriè vox significat, veluti cum animus aliquò fertur, & aliquid agere gestit, odio vel amore provocatus. Nominativus est ἡ ὁρμή, secundæ declinationis, accusativus τὴν ὁρμὴν, τὴν τιμήν.

τινὰ) Accusativus singularis, fœminini generis. Nominativus τὶς, τινὸς, τινὶ τινὰ, quod supra dictum est. Quanquam si quis rectè perceperit ordinem, quem secuti sumus in quinta Nominum declinatione, facilè invenerit omnia, vel nobis tacentibus. Primò scripsimus quæ desinerent in vocalem, nempe α, ι, υ, ω, nam nullum nomen quintæ declinationis desinit in aliquam reliquarum vocalium ε, η, ο, deinde sequuntur finita in consonantem, nec ullum desinit in aliquam istarum consonantium, β, γ, δ, ζ, θ, κ, λ, μ, ϖ, τ, φ, χ, sed in unam reliquarum, nempe, ν, ξ, ρ, σ, ψ, in litera ξ non vocalium

um facimus discrimina, sed varias adscripsimus terminationes genitivi, κος, γος, χος, pro affinitate trium inter se mutarum, tenuis κ, mediæ γ, aspiratæ χ: sequitur αρ, ειρ, ηρ, ορ, υρ, ωρ. deinde ας, αις, αυς, ες, εις, ευς, ης, ις, ος, ους, υς, ως. Subduntur quæ in duas desinunt consonantes λς, νς, ρς, ultimò quæ in duplicem ψ, desinunt, ubi similiter, ut in ξ, non vocalium habita est ratio, sed genitivi, πος, βος, φος, pro tribus aliis mutis, tenui π, media β, aspiratâ φ. Hunc ordinem quisquis servabit, statim noverit, ubi quærendum erit, quicquid occurret de nominibus quintæ declinationis.

Est autem hoc nomen τὶς, ex Encliticis quæ proprio destituuntur accentu, ut suprà dictum est, ὁρμήν τινα, pro ὁρμὴν τινά. Enclitica enim quandoque non remittunt suum accentum: sed tantùm perdunt, ut notatum est supra in voce ἐπέγνων σε. Sic & Enclitica dissyllaba quandoque remittunt, ἄνθρωπόν τινα, quandoque & tantùm perdunt, nempe si præcedat περισπώμενον, id est, dictio cujus ultima circumflectitur, ποιῶ τινα, aut ὀξύτονον, id est, dictio cujus ultima est acuta, καλὸν τινα, sic hoc loco ὁρμὴν τινα, in cujusmodi ablatus est accentus è voce τινὰ, nec tamen dictio præcedens ullum habet accentum, præter nativum & proprium. Et in istis non obtinet canon ille de accentu acuto, qui ob consequentiam migrat in gravem, ut notatum est suprà in ἐπιστολήν. Nam si Encliticum servaret accentum, scriberemus ὁρμὴν

 τινα.

*τινά. Acutus enim enim ob conſequentiam mutatur in gravem, ac ubi Encliticum accentum perdit, acuta dictio præcedens manebit acuta ὁρμήν τινα, non autem per gravem ὁρμὴν τινα.*

ψυχῇ σου animo tuo, ἡ ψυχὴ, τῆς ψυχῆς, τῇ ψυχῇ, *Secundæ declinationis, ut* ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ.

σου) Genitivus à σὺ pronomine, de hoc suprà *dictum eſt in* σου τὴν ἐπιστολὴν, *&* *in* ἐπέγνων σου.

εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν βίον) præpositio εἰς cum Ac*cuſativo,* εἰς βίον, *ad vitam, Budæus* ὁρμὴν εἰς τὸν βίον, *hoc est (verbum è verbo) impetum ad vitam, vertit deſiderium vitæ. Non enim interpretis officium est, anxia quadam religione numerare voculas, & ſyllabis aſſidere, ſed Latinis auribus ſatisfacere, & Græcanicas figuras quàm maximè fugere, ad quod nihil æquè conducit, atque ratio copiæ, in qua quisquis erit benè verſatus, is facillimè præſtabit rectum interpretem.*

τὸν μεθ' ἡμῶν βίον) infirmioribus obsecuti, red*dimus ineptiſſimè, ut cernerent, quid cui reſponderet, hoc pacto:* εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν βίον, *Ad cum nobis vitam. Articulum enim* τὸν, *qui variis modis explicari potest, tanquam neglеximus, & ſcholiis ipſum declarandum reliquimus. Itaque articulus, qui afficit præpositionem cum caſu, reddetur commodè aliquo adjectivo* τὸν μεθ' ἡμῶν βίον,

A-

*Agendam nobiſcum vitam, ut ſuprà.*

μεθ' ἡμῶν ) Apostrophus est pro μετὰ ἡμῶν, ut *ſuprà. Græci autem hîc à Latinis diſsentiunt, naturali præpoſitionis ordine ſervato, dicentes,* μεθ' ἡμῶν. *Cum nobis, pro quo Latini nobiſcum. Cæterum* μετὰ *cum, Genitivum habet,* μετὰ *post, Accuſativum.*

ἡμῶν ) Genitivus pluralis à pronomine ἐγὼ, ut *ſuprà*

βιον ) ὁ βίος vita, tertiæ declinationis.

πρὶν ἂν μάθοις ) priusquam didiceris, πρὶν, an*tequam, priuſquam.*

ἂν μάθοις ) Hæc conjunctio ἂν, nunc est poten*tialis,* οὐκ ἂν φαίης, *Nequaquam dicas, haud posſis dicere, nunc planè vacat. Vide Budæum in commentariis linguæ Græcæ, ubi uſum explicat, & quibus modis jungatur. Tu interim quoties obvia fuerit hæc particula, ſecurus neglige tanquam otioſam, donec in iſtis literis plus roboris collegeris. Multa diſsimulanda ſunt, ut loco & tempore diſcantur commodiore.*

περὶ τοῦ τρόπου ) De modo, præpositio περὶ *cum genitivo.*

τρόπου ) Nominativus ὁ τρόπος, ut ὁ λόγος ma-

*ſcu-*

*sculinum est, quod inspecto disces* Lexico, *siquidem genitivus* τοῦ τρόπου *convenit utrique generi, sive dicatur* ὁ τρόπος, *sive in neutro* τὸ τρόπον, *ut* τὸ ξύλον, *utriusque enim genitivus esset* τοῦ τρόπου.

*A verbis, quorum penultima est* ε, *deducuntur nomina converso* ε, *in* ο, λέγω *dico*, λόγος *sermo*, τρέπω *verto*, τρόπος *mos, modus. Item aliud* τρόπη *mutatio, ut ab* ἐπιστέλλω, *id est, mando, mitto epistolam, fit nomen fœmininum* ἐπιστολὴ, *id est, epistola, nam latinitate donatum est.*

τὶ) aliquid, neutrum à communi τὶς, τινὸς, hoc *est, aliquis, quispiam vel quidam, quæ tria Græci unica voce dicunt.*

τὶ μάθοις) aliquid didiceris, noris. Budæus ad*jutus præsidio copiæ, versionem fecit speciosiorem, dum pro didiceris, vertit: Compertum habeas.*

μάθοις) μανθάνω disco, secundum Aoristum ca*pit à* μαθέω *inusitato, unde Futurum* μαθήσω, *Aoristus primus* ἐμάθησα, *secundus* ἔμαθον, *abjiciendo ex Aoristo primo penultimam vocalem cum consonante sequente, nempe* ης, *de hoc suprà dictum est. Ab* ἔμαθον *optativus est* μάθοιμι, μάθοις, *ut ab* ἔτυπον *fit* τύποιμι, τύποις.

καὶ) &, conjunctio copulativa. Quomodo discen*dæ partes orationis indeclinabiles, scriptum est suprà in* ὥσπερ.

τῆς

τῆς διαγωγῆς ) Διάγω dego, vitam traduco, à διὰ & ἄγω, *rejecta ultima præpositionis vocali, propter vocalem sequentem, ut suprà dictum est. Ab* ἄγω, & *compositis verbalia fiunt, adjectione syllabæ* γὴ, ἄγω ἀγωγὴ, συνάγωγὴ, εἰσάγω εἰσαγωγὴ· *sic à* διάγω *fit* διαγωγή, *id est, institutum vitæ & vivendi ratio.*

σὸν ἦν ὄντως ) σὸς, σή, σὸν, Tuus, tua, tuum, *pronomen possessivum, ut suprà. Scribitnr hic* σὸν *gravi accentu propter sequentem dictionem, ut suprà dictum est in* ἐπιστολὴν· *quod si poneretur in fine justæ sententiæ, jam accueretur* διανόημα τὸ σόν.

ἦν ὄντως ) est revera, ἦν imperfectum ab εἰμὶ, *ut suprà, sed crebrò ponitur pro præsenti* ἐστὶ *sic* ἔδει *pro* δεῖ, ἐχρῆν *pro* χρή.

ὄντως ) profectò, revera, Adverbium à genitivo *plurali participii verbi substantivi* ὢν, ὄντος, τῶν ὄντων, ν *in* σ, ὄντως, *ut suprà.*

διανόημα ) sensus, à διανοέω, simplex νοέω. Fu*turum* νοήσω. *Præteritum activum* νενόηκα, *Passivum* νενόημαι, *unde verbale* τὸ νόημα, *ut suprà, ablato incremento, & verso* μαι *in* μα, *compositum* διανόημα. *Vt verò facilior sit thematis inquisitio & utilior, memores esse convenit, unde tempora formentur, & sensim tanquam per gradus sursum ascendamus ad originem, donec inventum*

sit

*sit præsens indicativi modi, est enim thema hoc pacto quærendum, διανόημα, rejice præpositionem, erit νόημα, verbale in μα, quod fit semper à præteriti passivi prima persona, sublato augmento: igitur νόημα à νενόημαι. Porrò præteritum passivum formatur ab activo, vertendo φα in μμαι, γα in γμαι, vel κα in μαι, fuerit ergo νενόημαι ab activo νενόηκα· ubi autem κα in præterito desinit futurum in σω, nisi sit quintæ conjugationis proinde futurum erit νοήσω, nam in quinta conjugatione dicere νοηνῶ, contra canonem est, qui præscribit penultimam futuri quintæ conjugationis esse breviandam, & alioqui si futurum esset νοηνῶ, præsens esset νοήνω, quod nusquam apparebit in Lexico. Relinquitur igitur futurum νοήσω id quod proficiscitur à præsenti tertiæ tertiæ conjugationis νοήδω, νοήθω, νοήτω aut quartæ νοήζω, νοήσσω, sive νοήττω, aut sextæ, νοάω, aut primæ circumflexorum νοέω, νοῶ, aut secundæ, νοάω, νοῶ, siquidem omnium istorum Futurum esset in σω· verùm nullum eorum ostendet Lexicon præter νοέω. Hanc thematis rimandi viam diligenter observa: parat enim miram facilitatem, ut statim occurrat origo, unde tempora manare queant, de hoc suprà.*

καὶ τῆς σῆς ψυχῆς ) & tui animi. Hic utitur *possessivo pvonomine, σὸς, σὴ, σὸν, tuus, tua, tuum. Fœmininum ἡ σὴ Genitivum τῆς σῆς· poterat uti primitivo Genitivo, σοῦ τῆς ψυχῆς, hoc est, ut vetusto more loquamur, Tis animi, pro, Tui animi: Siquidem Græci Genitivos primitivæ speciei μοῦ, σοῦ,*

οὗ

οὗ ἡμῶν, ὑμῶν, σφῶν, *etiam activè & posseſsivè capiunt. Apud nos autem Mei, Tui, Sui, Noſtri, Veſtri, tantùm poſseſsivè: activè autem & poſseſsivè uſurpant veteres, Mis, Tis, Sis, Noſtrum & Veſtrum: tria, Mis, Tis, Sis, exoleverunt, Noſtrum & Veſtrum tantùm partitivè capiuntur, Vterque noſtrûm, Quilibet veſtrûm.*

ψυχῆς ) ἡ ψυχὴ, τῆς ψυχῆς, ſecundæ declinationis.

τῆς πάντα τὰ τῇδε μηδὲν τιθεμένης) Ordina sic: τῆς μηδὲν τιθεμένης πάντα τὰ τῇδε *nihili facientis omnia hic, ſubaudi posita. Interpres non malè hunc locum extulit per ſecundam perſonam, hoc modo: Qui hujus mundi bona proſus nihil eſse ducas: Tamen Genitivus* τῆς τιθεμένης, *referendus est ad ſubſtantivum quod præcedit, nempe* τῆς σῆς ψυχῆς· *Tuus, inquit, hic est profectò animique tui ſenſus,* ψυχῆς, *inquam, hoc eſt, animi vel animæ* τῆς μηδὲν τιθεμένης, *hoc est, nihili eſse ducentis, aut quæ nihili eſse ducat. Participium enim variè redditur, nunc adverſum quiddam indicans, nunc cauſam explicans, ut hoc loco,* τῆς μηδὲν τιθεμένης, *nihili ducentis, quæ nihili eſse ducat, hoc est, ut quæ, aut quippe quæ nihili eſse ducat. Proinde quæ per Participia Græcis efferuntur, nos Latinitate donabimus per ejusmodi conjunctionem, quæ commodiſsimè facit ad ſenſum.*

πάντα ) omnia, ὁ πᾶς, τοῦ παντὸς, ἡ πᾶσα, τῆς πά-

πάσης, τὸ πᾶν, τοῦ παντός. *Accusativus pluralis neutrius generis τὰ πάντα, accentu in priore, licet Genitivus sit παντὸς, non πάντος, ut suprà.*

τὰ τῆδε) Articulus Adverbio junctus mutat ipsum *in adjectivum.* χθὲς *heri,* ὁ χθὲς *hesternus,* ἡ χθὲς *hesterna,* & *ita per omnes numeros & genera, ut suprà. Aut in isto Articulo Participium intelligitur verbi substantivi,* ὢν, οὖσα, ὄν· *aut aliud quippiam, quod loco & sententiæ congruit, servata generis numeri & casûs ratione,* ἐκεῖ *illic,* ὁ ἐκεῖ, *qui illic est, habitat, ambulat, &c.* οἴκοι *domi, adverbialiter* τοὺς οἴκοι, *intellige* ὄντας *existentes, hoc est, domesticos. Sic* τὰ τῆδε, *intellige* ὄντα, *aut aliud quod quadrat, id est, quæ hic fiunt vel geruntur, quæ in hoc mundo sita sunt, &c. Est autem* τῆδε *adverbium sub forma dativi fœminini, cujusmodi plurima sunt profecta ex secunda declinatione, habentque* ᾳ *vel* ῃ *diphthongum impropriam.* δημοσίᾳ *publicè,* ἰδίᾳ *privatim,* βίᾳ *violenter,* παῤῥησίᾳ *confidenter, liberè: sic* ἄλλῃ, πάντῃ, πῇ, ὅπῃ κρυφῇ, σπουδῇ, εἰκῇ, ἡσυχῇ, κομιδῇ, πολλαχῇ, πανταχῇ, διπλῇ, τριπλῇ, τετραπλῇ, πενταπλῇ, ταύτῃ, *ad eundem modum* τῇδε, *quod fit ab articulo præpositivo* ὁ, ἡ, τὸ, *qui adventu particulæ* δὲ, *capitur pro demonstrativo, ut suprà,* ὅδε *pro* οὗτος *hic,* ἥδε *hæc, unde Dativus* τῇδε *huic, & adverbialiter hìc.*

μηδὲν) nihil. ὁ μηδεὶς, ἡ μηδεμία, τὸ μηδὲν ut *suprà.*

τιθε-

τιθεμένης ) τίθεμαι, ut ſuprà. Paſsivum τίθεμαι. Participium ὁ τιθέμενος, ἡ τιθεμένη, *Genitivus* τῆς τιθεμένης, *id est, ponentis, facientis, ducentis. Apud Atticos enim paſsiva capiuntur activè, & alioqui Deponentalia & Media verba, idem habent præſens & imperfectum cum paſsivis. Porrò* τίθεσθαι, *hoc loco significat idem quod* λογίζεσθαι, *id est, ducere atque exiſtimare.* μηδὲν τίθεσθαι *nihil facere,* μικρὰ τίθεσθαι, *parvi habere,* ὕστερον τίθεσθαι *posthabere,* παρ' οὐδὲν τίθεσθαι *pro nihilo ducere, nihili facere. Verùm iſta perſequi non eſt præſentis inſtituti: tantùm illud ſtudioſos adoleſcentes admonitos velim, si lingvæ Græcæ proprietatem & elegantem vocabulorum uſum tenere deſiderent, ut commentarios Budæi ſumma cura perlegant. Reperient enim incredibilem quendam theſaurum, unde ad copiosè ſcribendum reddentur inſtructiſsimi.*

πρὸς τὴν μακαριότητα ) ad beatitudinem: nihil ducentis, *inquit, ad beatitudinem, hoc est, prout est beatitudo, capitur* πρὸς, *ut apud Comicum præpositio ad, nihil ad noſtram hanc, id est, prout noſtra, hæc est formoſa,* οὐδὲν πρὸς τὴν ἡμετέραν ταύτην.

ἐν ἐπαγγελίαις ) in pollicitationibus: adjectivum Divinis, *interpres explicandi cauſsa poſuit.*

ἐπαγγελίαις ) à nominibus in ος, tàm ſubſtantivis, *quàm adjectivis, deducuntur ſubstantiva in* ία, κακὸς, *malus,* κακία *malitia,* ἄγγελος *nuncius,* ἀγγε-

γελία res quæ nunciatur, ab ἀγγέλλω nuncio, cujus compositum ἐπαγγέλλω, promitto. Hinc ἐπάγγελος, unde ἐπαγγελία ſecundæ declinationis, Dativus pluralis ταῖς ἐπαγγελίαις.

ἀποκειμένην) Verbum κεῖμαι, ut ſupra. Compositum ἀπόκειμαι, reſideo, repoſitus vel depoſitus ſum, Participium ἀποκείμενος repoſitus, Fæmininum ἡ ἀποκειμένη. Nec miretur quis, quòd verbum præſentis temporis ἀπόκειμαι, vertitur repoſitus ſum, & item Participium ἀποκείμενος, præſentis temporis per præteritum, repoſitum, vide ut ſuprà dictum est in voce ἐπιφαινομένης. Neque præterea hìc laborandum est, ut quia verbum κεῖμαι nobis occurrit, totam illius ediſcas conjugationem, ſed ubi excuſſo Accuſativo ἀποκειμένην, ad ipſum thema perveneris, nempe κεῖμαι, hìc ſistendum erit, nec ultra præſens tempus progrediendum. Id quod in omnibus obſervabis, ne longius curam extendas, quàm præſens locus postulaverit. Si quis occurret obliquus, non quieſcendum, niſi reperto nominativo: ſi ipſe inciderit nominativus, aut thema verbi, ſcrutabimur anxiè, quæ inde tempora deducantur. Cæterum quia ad conſummatum Grammaticum pertinet, etiam illa tenere, quæ poſteriore parte noſtrarum inſtitutionum carptim ſcripſimus, conſultum videtur, non quidem ea ſolùm ediſcere, ut ſparſim in excutiendo libello quopiam obvia erant, ſed huic quoque rei poſtea tempus ſuum tribuere, & à capite ad calcem uſque perlegere ſerio ſtudio, haud aliter atque feceris in præceptione primorum rudimentorum.

ἡμῖν)

ἡμῖν ) nobis, Dativus pluralis ab ἐγώ.

μακαριότητα ) ὁ μακάριος, inde ἡ μακαριοτης, τῆς μακαριότητος, *vide in voce* ὁμοιότητος, *ut ſuprà, Accuſativus* τὴν μακαριότητα.

Ἐγὼ δὲ ἃ μὲν ποῖω αὐτὸς, ἐπὶ τῆς ἐχατιᾶς ταύτης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας γράφειν αἰσχύνομαι· κατέλιπον μὲν γὰρ τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ὡς μυρίων κακῶν ἀφορμὰς, ἐμαυτὸν δὲ ἔπω ἀπολιπεῖν ἠδυνήθην.

Ego verò quæ quidem facio ipse in solitudine hac, nocte & die, ſcribere erubeſco: dereliqui quidem enim in urbe occupationes, tanquam ſexcentorum malorum cauſas, meipſum autem nondum derelinquere potui.

Equidem ſcribere ad te non ſustineo præ pudore, quæ in hoc extremorum finium receſsu interdiu noctuque agito. Tametsi enim urbicas occupationes pro derelicto habui, ut ſexcentorum malorum cauſſas, me tamen nondum ipsum etiam habere pro derelicto quivi.

ἐγὼ δὲ ) Conjunctio δὲ variè redditur, autem, verò, *cæterùm, porrò, ſed, tamen, imò, rurſus, contrà, quin, potiùs, ut ſententia poſtulat.*

ἃ μὲν ποιῶ ) ἃ articulus ſubjunctivus, Neutrius pluralis, *ut ſuprà.* μὲν *eſt cunjunctio,* ποιῶ *á* ποιέω, *Circumflexum primæ conjugationis.*

αὐ-

αὐτὸς ) Ipse, Pronomen aptum tribus personis, *ut suprà.*

ἐπὶ τῆς ἐσχατιας ) in solitudine, ἐπὶ cum Genitivo.

ἐσχατιᾶς ) ἡ ἐσχατία secundæ declinationis, genitivus τῆς ἐσχατιᾶς *per vocalem* α, *quod desinit in* α *purum. Cur autem scribatur genitivus* ἐσχατιᾶς *per* ᾶ *circumflexum, notatum est supra. Interpres* ἐσχατιᾶς *vertit, Extremorum finium recessu: significantur enim hac voce prædia ab urbibus semota, recessus & solitudo ab hominum strepitu remota, ab* ἔσχατος *extremus.*

ταύτης ) Demonstrativum, οὗτος hic, αὕτη hæc, *genitivus* ταύτης, *ut suprà.*

νυκτὸς καὶ ἡμέρας ) nocte & die, tempus collocatur *in genitivo, ut suprà.*

νυκτὸς ) ἡ νὺξ nox, τῆς νυκτὸς noctis, ut suprà. *Quanquàm hujusmodi sat fuerit indicasse Nominativum, quo conspecto facilè cognoverit Lector, quomodo genitivum & reliquos casus quærere debeat, non ignorans, quem ordinem in recensendis terminationibus observaverimus, de quo suprà scriptum est.*

ἡμέρας ) ἡ ἡμέρα secundæ declinationis, Genitivus τῆς ἡμέρας, *quia exit in* ρα.

γραί-

γράφειν ) Infinitivus præsentis temporis, ut τύπτειν, *ab Indicativo* γράφω, *quod cum sit thema, sistendum est, nec extra propositum inquirenda sunt reliqua tempora, ut suprà.*

αἰσχύνομαι ) αἰσχύνω, dedecoro, pudefacio, suffundo *pudore.* αἰσχύνομαι, *pudefio, erubesco, suffundor pudore; habes thema; ne longius angaris, ut reliqua rimeris tempora, sed hîc sistas.*

*Cæterùm quæ verba passivæ vocis, ut est* αἰσχύνομαι, *sint revera verba passiva, quæ autem Deponentia, & activo carentia, lectione autorum, ut pleraque alia, discendum est. Interpres* γράφειν αἰσχύνομαι *vertit sic: Scribere ad te non sustineo præ pudore, quod speciosius est, & numerosius, quàm si verbum verbo reddidisset: Scribere erubesco: pro uno verbo* αἰσχύνομαι, *id est, erubesco, substituit multa per periphrasin, Non sustineo præ pudore. Quemadmodum autem rationes copiæ plurimùm valent ad parandam versionis elegantiam, ita & omnibus locis magno sunt usui, & iis potissimùm medentur incommodis, quæ affert linguarum illa proprietas & phrasis. Proinde si quis expeditum & elegantem interpretem præstare studeat, sermonis ubertatem sibi comparet, & tanquam in numerato, positumque ob oculos habeat, quicquid Erasmus de hoc genere præcipit, vir præter alias dotes innumeras, hac ad miraculum usque suspiciendus quòd ita Græca in Latinum vertat, ut nullum Græcitatis vestigium appareat, idque ea*

*fide,*

*fide, ut nec sententiæ quid addat, nec detrahat, cumque nihil minus spectet, quàm ut totidem verbis reddat, tamen incredibili quadam dexteritate plerumque assequitur, ut citra sensus jacturam, dictionum tamen numero respondere videatur: hoc credo maximè fretus, quod scribendi usu jam meditatum habet, quomodo in quamvis faciem formanda sit oratio. Quo factum est, ut illius interpretationes præterquam quòd Græcanicas figuras nusquam redoleant, hoc etiam præmultis aliis sibi possint assumere, quòd tanquam fontes Latini esse credantur, non autem è Græcis fontibus hauriri. Sic verò inrerpretem agere, & numeris omnibus interpretis fidem præstare, neque tamen alium quàm ipsum videri argumenti autorem, id demum absoluti artificis est. Equidem pro mea tenuitate, non possum doctissimos viros in hoc negocio versatos inter sese commitere, & de unoquoque censuram ferre: Sed tamen omnibus candidatis linguæ Græcæ non dubito consilium dare, ut hujus viri versiones diligentissimè perlegant, excutiant, imitari conentur. Alia in aliis eminent, neque omnia sunt in omnibus illustria, interpretem fidelem, Latinum & elegantem, facilem & commodum, in variis periclitatum, nisi nobis exhibuit Erasmus, nemo unquam est exhibiturus.*

γράφειν αἰσχιύνομαι) Valdè usitatus est Græcis in*finitivus, ubi nos Gerundiis utimur & Supinis, ut diximus suprà in voce* πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι*, verum & alioqui, quemadmodum apud Latinos certa quæ-*

*dam*

*dam verba gaudent Infinitivo, ita & apud Græcos* βϐλομαι λέγειν, *volo dicere*, ϐ τολμῶ ποιεῖν, *non audeo facere*, *&c. horum est hoc loco* αἰσχύνομαι γράφειν, *erubesco ſcribere.*

κατέλιπον ) λείπω linquo, ſecundus Aoristus ἔλιπον, *ut ſuprà. Sic à* καταλείπω *composito, id est, derelinquo, ſecundus Aoriſtus* κατέλιπον *non* καταέλιπον, *quia* ἔλιπον *incipitur à vocali, ut ſuprà.*

μὲν ) nusquam non obviæ sunt hæ duæ Conjunctiones *μὲν quidem*, δὲ *verò, utimurque ipsis dividendi gratia, ut ſententiam à ſententia, membrum à membro diſcernamus, ac priorem locum vendicat sibi* μὲν, *poſteriorem* δὲ. *Quamvis autem creberrimum* δὲ, *nullo præcedente* μὲν: *rariſsimum tamen est* μὲν *quin poſtea ſubdatur vel* δὲ, *vel alia quæpiam conjunctio, quæ alteram ſententiam contineat priori reſpondentem, ut cui sit vel affinis, vel diverſa: itaque hoc loco prior ſententia est*: κατέλιπον μὲν γὰρ τὰς ἐν ἄστει πατρίδας, *&c. ſubjungitur altera* ἐμαυτὸν ἔπω ἀπολιπεῖν ἠδυνήθην. *Cæterum Budæus pro* μὲν *&* δὲ *poſuit tametsi, tamen, quæ duo minus Græcitatem ſapiunt, quàm illa priora.*

γὰρ ) enim, de hac Conjunctione diximus ſuprà. *Et quæ præterea nobis denuò ac ſæpius occurrent, ea ſat erit ſemel declaraſse, vocis verò significatum altera versio facilè monſtraverit, aut adhibitum Lexicon.*

τὰς ἐν ἄστῃ διατριβὰς ) Articulus τὰς afficit præpositionem cum caſu, de quo ſuprà dictum est in voce τὸν μεθ' ἡμῶν βίον, verti poterat, in urbe oblatas aut datas: aut per relativum, quæ in urbe offerebantur, quæ in urbe mihi dabantur, quibus, cum in urbe agerem, involvi & implicari ſolebam, nam hic ſenſus est, ſed brevitatis ſtudioſus compendio dixit, urbicas occupationes.

ἄστῃ ) τὸ ἄστυ. τοῦ ἄστεος sine Crasi, ut ſuprà, Dativus verò ἄστεϊ, Crasin admittit ἄστει, si non à nominativo ἄστυ: certè ab inusitato nomine primæ declinationis contractorum, τὸ ἄστος τοῦ ἄστεος, τῷ ἄστεϊ ἄστει, ut τεῖχος quemadmodum non ſolum dicitur δόρυ, ſed & τὸ δόρος τοῦ δόρεος δόρους, τῷ δόρεϊ δόρῃ, ut τείχῃ.

διατριβὰς ) τρίβω, ſecundus Aoriſtus ἔτριβον, Compositum διατρίβω, ſecundus Aoriſtus διέτριβον· Vnde verbale ἡ διατριβὴ ſecundæ Declinationis, Accuſativus pluralis τὰς διατριβὰς. Multa ſunt verbalia, quæ ſervant Characteriſticon ſecundi Aoriſti, διέτριβον, ἡ διατριβή.

ὡς ) tanquam, ut veluti, alia significata ſuo ſerventur loco. Caveant verò ſtudiosi, ne vocabulorum significationes inquirant, quo tempore ſunt in Grammatices occupati præceptionibus, qua in re plurimùm ſæpenumero peccatur: deinde jactis fundamentis, ubi ad autorum lectionem ſeſe contulerint si non aderit interpres, confugiendum ad Lexicon,

ſed

*ſed verbi significatum illud modo tractent, & quantum dabitur in memoria reponant, quod loco præſenti ſatisfaciat. Reliqua, ſi fieri poteſt, ne legant quidem. Quod ſi ſcriptorem probè ſe videantur intelligere, vel viva præceptoris voce freti, vel fida alioqui adjuti interpretatione, ſtultum eſt à Lexicis petere conſilium, in quibus ut omnia tradantur pleniſſimè, etiam quæ vocis uſum prolatis exemplis oſtendant, tamen jejuniora minusque vivida ſunt, neque tam penitus hærent, ut quæ ipſe tibi legendis autoribus paraveris.*

μυρίων τὰ μυρία, multa & innumera, pro quo *Latini ſexcenta, numerus finitus pro infinito, Genitivus* τῶν μυρίων.

κακῶν) ὁ κακὸς, ἡ κακὴ, τὸ κακὸν, Malus, *mala, malum. Genitivus pluralis neutrius generis* τῶν κακῶν *malorum.*

ἀφορμὰς) ἡ ἀφορμὴ ſecundæ declinationis, τὰς ἀφορμὰς *Accuſativus pluralis.*

ἐμαυτὸν) meipſum pronomen compoſitum ut ſuprà.

οὔπω) nondum, πω tanquam adjectio ſyllabica, *sic* μήπω, *ita apud nos ſyllaba dum, in nondum, necdum, quiddum, hauddum.*

ἀπολιπεῖν) λείπω, ſecundus Aoriſtus ἔλιπον. *Infinitivus* λιπεῖν· *sic à compoſito* ἀπολείπω, *ſecundus*

*Aoristus* ἀπέλιπον, *Infinitivus* ἀπολιπεῖν.

ἠδυνήθην ) δύναμαι possum, verbum Deponens, *secundæ conjugationis in* μι, *à primitivo* δυνάω. *Futurum* δυνήσω, *Præteritum activum* δεδύνηκα. *Passivum* δεδύνημαι, δεδύνησαι, δεδύνηται. *Aoristus primus* ἐδυνήθην, & *Atticè* ἠδυνήθην, *mutant enim augmentum syllabicum in temporale. Vide suprà. Nemo verò miretur, nos in rimando themate, aut formando tempore, multa proferre, quæ non sint recepta: neque enim quæ recepta sunt, recensemus, sed quomodo unumquodque formetur.*

Ἀλλ' ὅμοιός εἰμι τοῖς ἐν θαλάσσῃ ὑπὸ τῆς κατὰ τὸν πλοῦν ἀπειρίας ἀπολλυμένοις καὶ ναυτιῶσιν.

Sed similis sum in mari præ circa navigationem inexperientia pereuntibus & nauseantibus.

Similiter que illis affectus sum, qui navigandi insolentes, nausea perditè afflictantur.

ἀλλ' ὅμοιος ) ἀλλὰ ὅμοιος, Apostrophus, ut suprà. *Vsus te docebit, quæ vocales desint, ubi assidua lectione didiceris,* ἀλλὰ *non* ἀλλὸ, & *ita in reliquis. Budæus* ἀλλὰ *vertit que, nam hæc conjunctio varia significat, nec tantum est adversativa.*

ὅμοιός εἰμι ) similis sum. Rectè vertit, similiter *affectus sum. Tentabis ipse memor copiæ, num aliter quoque reddi queat, ita nobiscum agitur, perin-*

*rinde res nostræ sese habent, & breviter: quæcunque voces similitudinem æqualitatemque significant, tibi in mentem veniant, & quod optimum duxeris, id ponere licebit.*

εἰμι) accentum hoc loco remittit in præcedentem *dictionem: est enim encliticum: ut suprà dictum est. Cæterùm conjugationem hujus verbi substantivi* εἰμὶ, *habes suprà, sed quia hîc præsens tempus occurrit, id est thema, non est necesse ad reliqua descendere, ut antè monuimus.*

τοῖς &c. ἀπολλυμένοις) inter Articulum τοῖς & participium ἀπολλυμένοις, *interseruntur aliquot particulæ, de quo satis jam scriptum est in præcedentibus.*

ἐν θαλάσσῃ) in mari Præpositio ἐν cum Dativo θαλάσσῃ, *cujus est Nominativus* ἡ θάλασσα, *secundæ declinationis.*

ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν πλοῦν ἀπειρίας) Sic ordina: ἀπὸ τῆς ἀπειρίας, *præ inexperientia* κατὰ τὸν πλοῦν, *circa navigationem, vel in navigatione: aut sic,* ἀπὸ ἀπειρίας, *præ inexperientiâ,* ἀπειρίας, *inquam,* τῆς κατὰ τὸν πλοῦν, *quæ est circa navigationem, quæ inter navigandum contingit, explicando articulum* τῆς, *ut maximè quadrat, nec est aliud* ἀπειρία κατὰ τὸν πλοῦν, *inexperientia circa navigationem, quàm inexperientia navigandi, proinde interpretatus est totam hanc particulam duabus vocibus, navigandi insolentes, capta voce, ut apud Comicum: Quid tu Athenis insolens?*

ἀπὸ)

ὑπὸ) præ, cum Genitivo, ὑπὸ φόβου, præ metu.

κατὰ τὸν πλοῦν) in navigatione, circa navigationem, *hoc est, inter navigandum, præpositio cum Accusativo.*

πλοῦν) πλέω navigo, hinc ὁ πλόος, navigatio, *ut à* τρέπω *fit* τρόπος, *ut suprà est in voce* τρόπου. *Contrahitur autem hoc nomen* ὁ πλόος, πλοῦς, *Accusativus* πλόον πλοῦν, *ut suprá.*

ἀπειρίας) πεῖρα experientia, inde ἄπειρος inexpertus. *Nam* α *est* στερητικὸν μόριον, *id est, privativa particula, faciens è substantivo adjectivum, quod rei privationem significet,* μοῖρα *pars* ἄμοιρος *expers,* φόβος *metus,* ἄφοβος *intrepidus, sic à* πεῖρα *fit* ἄπειρος, *unde substantivum* ἡ ἀπειρία, τῆς ἀπειρίας, *secundæ Declinationis. Siquidem ab adjectivis in* ος *fiunt substantiva in* ία, κακὸς *malus,* κακία *malitia, ut notatum est suprà in* ἐπαγγελίαις. *Nec tamen analogia freti, conabimur quævis à quovis deducere, sed spectandus est autorum usus: magnus magnitudo, non magnitas: contra à pius pietas, non item pietudo, justus justitia, non justitas, nec justitudo. Sic apud Græcos* φίλος φιλία, *amicus, amicitia, non item* καλὸς καλία, *pulcer pulcritudo.*

ἀπολλυμένοις καὶ ναυτιῶσιν) pereuntibus & nauseantibus, *pro quibus Budæus, qui nausea perditè affligantur. Participium alterum mutavit in verbum e-*

jus-

jusdem temporis, & relativum: deinde vocem unam duabus reddidit per periphrasin, pro nauseare, affliсtari nausea: pro altero Participio ἀπολλυμένοις substituit adverbium perditè aut contrà, pro ἀπολλυμένοις perditè affliсtantur, pro ναυτιῶσι, Ablativum nausea. Faciamus periculum, num alio quoque pacto vertere liceat: qui nausea pereunt, quos miserè cruciat nausea, qui perditè nausea torquentur, quos perditè gravat nausea, quos ad interitum usque nausea premit, qui perditè vexantur nausea, quos infestat & perdit nausea, quibus nauseæ molestia, perniciem affert. Quanquam ista partim liberiora sunt, quam pro officio interpretis. Tantùm ostendendam hoc modo viam putavi, qua ratione eruenda sint, quæ studiosis hujus rei conducant, ut ubi dictionem latissimè, pluribusque verbis explicaverint, ea demum seligant, quæ compendio ad sententiam proximè videantur accedere.

ἀπολλυμένοις) ὀλλύω, compositum ἀπολλύω, unde activum in μι, ἀπόλλυμι. Passivum ἀπόλλυμαι perdor & pereo. Participium ἀπολλύμενος tertiæ Declinationis. Dativus pluralis τοῖς ἀπολλυμένοις, qui regitur à nonine ὅμοιος· nam ut Latini, sic & Græci similitudinis adjectivo tribuunt Dativum. Et quod ad illa communia syntaxeos capita spectat, fermè idem obtinet apud utrosque: quapropter in institutionibus nostris ista per quam paucis & carptim attigimus, & quod discipulus jam in ludo Latino percepisset, id ne commemorare quidem voluimus, rati nos operam perdituros, si doctum & memorem

ad-

*admoneremus.*

*ναυτιῶσιν )* ναυτιαω. Crasis ναυτιῶ. Participium ὁ ναυτιάων, τοῦ ναυτιάοντος, τῷ ναυτιαοντι, *Crasis* ναυτιῶντι, *Dativus pluralis* τοῖς, ναυτιῶσι *rejectis literis, ex Dativo singulari, ut suprà dictum est. Scribitur autem* ναυτιῶσιν, *per* ν *in fine, de quo suprà.*

Οἳ τῷ μεγέθει τοῦ πλοίου δυσχεραίνουσιν, ὡς πολὺν τὸν σάλον παρεχομένῳ, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν λέμβον ἢ τὸ ἀκάτιον μεταβαίνοντες, πανταχοῦ ναυτιῶσι καὶ ἀποροῦνται. συμμετέρχεται γὰρ αὐτοῖς ἡ ἀηδία καὶ ἡ χολή.

Qui magnitudine navigii offenduntur, tanquam multam jactationem præbente, & illinc in lembum aut acatium transeuntes, ubique nauſeant & hærent: transgreditur enim cum ipsis moleſtia & bilis.

Namque illi magnitudine navigii offensi tanquam vehementius ſuccutientis, in lembum aut naviculam cum transilierint, sic quoque non ſecius à nauſea laborant, nimirum moleſtia ipſos ac bile quo transierint cunque comitantibus.

οἳ ) qui, articulus ſubjunctivus, pro quo interpres, *Namque illi. Siquidem relativa sæpenumero causam indicant.*

μεγέθει ) τὸ μέγεθος magnitudo, τοῦ μεγέθεος, τῷ μεγέθεϊ, & *per Crasin* μεγέθει *ut* τείχει *primæ declinationis contractorum.*

πλοίου )

πλοίȣ) τὸ πλοῖον, ȣ πλοίȣ, Tertiæ declinationis.

δυσχεραίνȣσιν) δυσχεραίνω indignor, indignanter *fero, offendor, Dativo jungitur, tertia Pluralis* δυσχεραίνȣσι, *cui additur litera* ν, *de quo suprà,*

ὡς πολιὺ τὸν σάλον παρεχομένῳ) tanquam mul*tam jactationem præbenti, qui Dativus refertur ad casum* μεγέθει. *Indignantur navis magnitudini, tanquam præbenti multam jactattionem, id est, ut quæ, sive quippe quæ præbeat multam jactationem.*

πολιὺ) Accusativus, Nominativus πολὺς, de quo *suprà dictum est.*

τὸν σάλον) ὁ σάλος tertiæ declinationis, jactatio *in mari, undarum & fluctuum agitatio, quæ dum in navem irruit, solent vectores huc atque illuc quassari, & in utraque navis latera protrudi.*

πάρεχομένῳ) præbenti, efficienti. *In eadem significatione plurima, vel activè proferuntur, vel passivè: horum est* παρέχω & παρέχομαι, *præbeo. Participium* παρεχόμενος. *Scitè Interpres pro* παρέχεσθαι σάλον, *id est, præbere & efficere jactationem & agitationem, usus est verbo succutere, nam propriè succutere, aut quod receptius est, succussare dicitur equus, qui sic graditur, ut sessorem concutiat, & equus ipse succussor appellatus est, & succussarius, à succussatione, hoc est, ejusmodi agitatione. Itaque id verbum ad turbulentam navigationem ac-*

*commodavit, quoties in vasto navigio vector haud aliter concutitur, atque sessor à succussatore. Accusativum autem πολιὺ expressit Adverbio vehementius, παρεχομένῳ πολιὺ τον σάλον, præbenti multam jactationem, mutavit in vehementius succutientis, quanquam si anxie superstitiosi esse volumus, vertendum est, non succutientis, sed succutienti. Participium enim παρεχομένῳ tribuitur Dativo μεγέθει, non Genitivo πλοίου, nisi fortè Budæus Genitivum legit παρεχομένου πλοίου succutientis navigii, non autem μεγέθει παρεχομένῳ, magnitudini succutienti. Boni consulat Lector curiositatem, quæ, cùm tam pulchrè constet sensus, dubio procul iniqua foret, nisi nobis propositum esset, etiam minutissimis adjuvare discipulorum studia, eorumque hæsitantiæ sic mederi, ut quasvis amoliremur remoras.*

κἀκεῖθεν ) Crasis pro καὶ ἐκεῖθεν, & illinc, ut suprà.

ἐπὶ τὸν λέμβον ) ἐπὶ, Præpositio, ὁ λέμβος, *tertiæ declinationis.*

ἢ τὸ ἀκάτιον ) ἢ aut, hæc litera varia significat, *ut variant illius spiritus & accentus.*

τὸ ἀκάτιον ) genus est naviculæ piscatoriæ.

μεταβαίνοντες) participium plurale à μεταβαίνω, transeo.

πανταχοῦ ναυτιῶσι ) πανταχοῦ ubique ναυτιάω nauseo, *tertia pluralis* ναυτιῶσι, *per Crasin, ex* ναυτιάουσι,

*hic*

*hic autem verbum est* ναυπῶσι, *suprà verò Participium Datiui pluralis, qui voce consentit cum tertia plurali, ut suprà.*

ἀπορεῦντ) ἀπορέομαι hæreo, perplexus sum, tertia *pluralis* ἀπορέοντ, *Crasis* ἀπορεῦντ, *ut* ποιεῦντ.

συμμετερχετ γὰρ αὐτοῖς) Simplex ἔρχομαι, *Compositum ex* μετὰ μετέρχομαι· *deinde altera præfigitur præpositio* σὺν· *nec tamen dicitur*, συνμετέρχομαι, *sed* συμμετερχομαι, *migrante* ν *in* μ, *supra dictum est in voce* ἐμποιῆσαι. *Tertia persona singularis* συμμετέρχετ *ut* τύπτετ. *Composita verò ex* σὺν *gaudent Dativo, ut suprà, hoc loco* συμμετέρχετ αὐτοῖς, *cum eis transit, nisi ineptire velis & dicere: Contransit eis pro eo quod est, unà aut pariter cum eis transit. Budæus vertit. Quo transierint cunque comitantibus, per Tmesin, pro quocunque transierint comitantibus.*

*Mutavit quoque interpres orationis faciem, dum in locum verbi cum conjunctione causali substituit ablativum, pro nam comitantur, dixit comitantibus propterea quòd ablativi absolute positi crebrò causam reddunt, unde & particulam adjicit nimirum.*

ἀηδία) ἀηδὴς molestus, injucundus, ἀηδία molestia. *Suidas interpretatur* ἀνορεξία, *id est, si ita loqui liceret, inappetentia, cum stomachus destituitur appetitu, quod iis contingit, qui navigationis impatientes nauseant.*

χολη) bilis, & pro ira capitur, unde præcessit δυσχεραίνουσι, *indignantur, stomachantur, offensi sunt.*

*Observabis hoc loco non pertinere ad Interpretem, ut periodi, membri aut incisi rationem habeat, sed ut cunque visum erit, aut structuræ Græci sermonis omni ex parte respondeat, aut periodum in membrum, membrum in incisum redigat, aut contrà geminam periodum transferat in unam: Verbi gratia, Budæus si exactè singula tantùm spectasset, tres absolvisset, ut habet Græcus, periodos, hoc modo. Nam illi magnitudine navigii offenduntur, tanquam vehementius succutientis. Deinde in lembum aut naviculam cum tnansilierint, sic quoque non secus à nausea laborant. Nam molestia ipsos ac bilis, quo transierint cunque comitantur. Vides hîc tria esse prounciata, quæ tribus absoluta sunt verbis, offenduntur, laborant, comitantur perinde atque in Græcis tres periodi, totidem constant verbis* δυσχεραίνουσι, ναυτιῶσι, συμμετέρχεται, *quæ tria ad unicam translata sunt periodum, vultu sermonis nonnihil immutato, quod duo verba* δυσχεραίνουσι *&* συμμετέρχεται *reddidit per participia offensi & comitantibus. Atque hæc variandi figura tacenti alioqui & frigenti orationi mederi solet. Quandoque enim Græca rectè habent, multis distiucta periodis, ubi Latinus scriptor minus acris erit, nisi membrorum & incisorum potius feratur multitudine, quàm clausulsularum. Et rursum ubi contrà fieri præstiterit, ut plausibiliores sint multæ sententiæ paucis gravatæ membris, quàm periodus justo prolixior &*

*ob-*

*obscurior, quæ omnia is demum nosse poterit, quisquis & optimos quosque Interpretes pressius excusserit, & ipse quoque sese in vertendis Græcis exercuerit, idque non oscitanter ac citra judicium, sed tanquam in promptu positis rationibus, quot tandem modis singula verti queant, quove pacto verbum nunc Participio, nunc Adjectivo reddatur, participium interdum verbo, interdum Nomine, oratio Activa in passivam convertatur, aut contrà, & ita in cæteris omnibus ad manum sit variandi forma.*

Τοιοῦτον οὖν τι καὶ τὸ ἡμέτερον· τὰ γὰρ ἔνοικα πάθη συμπεριφέροντες, πανταχοῦ μετὰ τῶν ὁμοίων θορύβων ἐσμὲν, ὥστε οὐδὲν μέγα τῆς ἐρημίας ἀπωνάμεθα ταύτης.

Tale igitur quiddam & nostrum: nam domesticas perturbationes simul circumferentes, ubique cum similibus tumultibus sumus: itaque nihil magnum solitudine lucrati sumus hac.

Hujusmodi igitur quiddam nobis contigit, qui domesticas perturbationes quoquo circumferentes gentium, ubique locorum perinde versamur in tumultu: quare non magnoperè adjuti sumus ab hac solitudine.

τοιοῦτον) tale, neutrum in *ον*, de quo suprà.

οὖν) igitur, ergò. Conjunctio nunc illativa, nunc *continuativa.*

τι) quiddam, Neutrum ab Infinitivo nomine τὶς

τινὸς,

πνὸς, de quo ſuprà dictum eſt. Deſtituitur autem proprio accentu, quòd ſit Encliticum, de quo ſuprà. Nec tamen ipſum remittit in præcedentem dictionem σοῦ. Nulla enim ſyllaba geminum ſortitur accentum: igitur ἕν τι ſcribendum unico accentu, at in σῶμά τι duplex est: Syllaba namque μα proprium nullum habet, ideoque locum tribuit accentui particulæ τί. Quod ſi dictionem Encliticam præcesserit ſyllaba proprium accentum poſſidens acutum, isque ob consequentiam migret in gravem, ut θεὸν τινα φιλεῖ, rursum reponeretur acutus, ſi Encliticum proprio destitueretur, θεόν τινα φιλεῖ, non autem θεὸν τινα φιλεῖ.

καὶ) &, etiam, quoque, verti poſset: hujusmodi igitur nobis quoque contigit: niſi quòd καὶ multis locis abundat, de quo vide commentarios Budæi, in quibus pleniſſimè docet uſum partium orationis Indeclinabilium.

τὸ ἡμέτερον) nostrum, Pronomen poſseſſivum, hujusmodi, inquit quiddam etiam noſtrum, ſubaudi, eſt: crebrò enim verbum ſubſtantivum intelligitur, cùm alioqui apertus eſt ſensus. Capitur autem noſtrum ſubſtantivè, id eſt, res noſtra, ſive negotium noſtrum, pro quo interpres dixit, nobis contigit. Liceat tibi quoque ſic vertere. Ad hunc igitur modum noſtræ quoque res ſeſe habent, neque verò aliter nobiscum agitur, in ejusmodi igitur ſtatu res noſtræ quoque ſunt ſitæ, ad eundem rerum ſtatum nos quoque redacti ſumus, eodem nimirum

fer-

*fermè loco res quoque nostræ consistunt, &c.*

ἔνοικα πάθη) domesticas perturbationes. οἶκος *domus*, ἔνοικος *domesticus*, *quasi dicas, in domo existens.*

*Plurima verò præpositionum adminiculo formantur adjectiva, aut quæ tanquam adjectivè capiuntur, cujusmodi sunt ea, quæ officium aliquod significant, aut functionem, & muneris alicujus administrationem, quorum quidem omnium tanta est copia, ut nulla sint Lexica numerandis omnibus absoluta. Cùm sint enim Græci in omni compositionis genere felicissimi, nec tam arctis conclusi spaciis ut Latini, nullus unquam futurus est modus, qui novis concinnandis vocibus statuatur, sed pro re nata, & licuit, semperque licebit, scita compositione recens & nuper exorta signare.*

πάθη) το πάθος primæ declinationis contractorum, *τοῦ* πάθεος, *plurale* τὰ πάθεα, *& per Crasin* πάθη.

συμπεριφέροντες) Si Latinis æqualis permitteretur *audacia, verterent concircumferentes: sed aures non ferunt. Itaque quoties istiusmodi occurrunt, quæ ad verbum commodè & venustè reddi non possunt, ut fermè contingit in Græcorum compositionibus, spectare convenit sententiam, & illam verbis assequi vel diversissimis. Vim præpositionis* σὺν *sic exprime, unà nobiscum circumferentes: nam quòd addit Interpres, quoquo gentium, non ad significatum*

*præ-*

*præpositionis facit, sed toti sententiæ servit & ornatui.*

συμπεριφέροντες ) φέρω fero, adde præpositionem περὶ, περιφέρω, *præfige alteram præpositionem* σὺν, *sed migret* ν *in* μ, συμπεριφέρω, *unde Participium* συμπεριφέρων, οῦ συμπεριφέροντος. *Plurale* οἱ συμπεριφέροντες.

μετὰ τῶν ὁμοίων θορύβων ἐσμὲν ) cum similibus, hoc *est, eisdem tumultibus sumus. Pulchrè interpres, perinde versamur in tumultu, Genitivum* ὁμοίων *expressit adverbio, perinde:* μετὰ θορύβων *dixit in tumultu, pro verbo* ἐσμὲν *posuit versamur.*

ὁμοίων θορύβων ) Nominativus singularis ὅμοιος θόρυβος, *tertiæ Declinationis.*

ἐσμὲν ) sumus, ab εἰμὶ sum, de quo suprà.
ὥστε ) itaque, quapropter, quare.
οὐδὲν ) nullum, nihil, ab οὐδεὶς, ut suprà.
μέγα ) neutrum à μέγας, de quo suprà.
ἐρημίας ) ἡ ἐρημία, τῆς ἐρημίας, secundæ Declinationis.

ταύτης ) Nominativus αὕτη, Genitivus ταύτης, de *quo suprà dictum est.*

ἀπωνάμεθα ) tolle præpositionem ἀπὸ, manet simplex ὠνάμεθα, *pro* ὠνησάμεθα, *per Syncopen, ut scripsimus suprà. Igitur* ὠνάμεθα *est Aoristus primus medius pro* ὠνησάμεθα, *cujus singulare* ὠνησάμην

*πάλιν ab Aoriſto primo ὤνησα. Futurum ὀνήσω. Præſens ὀνάω per ο, quod ratione augmenti vertebatur in ω. Cæterùm dum iſtiusmodi ratione verborum themata quærimus, nihil nos offendat, quòd per quæ decurrimus tempora, crebrò ſint inuſitata. Nec enim hoc hîc agitur, ut ſciamus receptum themane ſit ὀνάω, an potius verbum in μι, ὄνημι· tantum paratur via, quæ temporum formationes demonſtret.*

οὐδὲν μέγα τῆς ἐρημίας ἀπωνάμεθα ταύτης) Gaudet *hoc verbum Accuſativo cum Genitivo, Accuſativus significat fructum & emolumentum, quod percipimus. Genitivus autem id unde fructus proficiſcitur: idem fit in verbo* ἀπολαύω· *Lucianus quodam loco utrumque uſurpavit,* τί μὲν γὰρ, *inquit,* σὺ ἀπολαύσεις τῶν ὀρῶν; τί δ' ἂν ἀπόναιντο ἐκ σοῦ κάλλους αἱ βόες; *Quemnam fructum percipies è montibus? Quid verò boves conſequantur emolumenti è tua pulchritudine? Interpres pro Accuſativo* οὐδὲν μέγα, *poſuit non magnoperè, adverbialiter, non magnoperè adjuti ſumus ab hac ſolitudine.*

ἃ μέν τοι ποιεῖν ἔδει, καὶ ὅθεν ὑπῆρξεν ἡμῖν τῶν ἰχνῶν ἔχεσθαι τοῦ πρὸς σωτηρίαν καθηγησαμένου (εἴ τις γάρ, φησι, θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι) ταῦτά ἐστιν, ἐν ἡσυχίᾳ τὸν νοῦν ἔχειν πειρᾶσθαι προσήκει.

Quæ verò facere oportebat, & unde licuit nobis veſtigiis hærere ad ſalutem præeuntis (si quis, enim

inquit, vult post me venire, abneget ſeipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me) hæc ſunt, in quiete mentem habere conari convenit.

At verò quæ facta à nobis oportuit, undeque auſpicandum fuit ei, qui veſtigiis hærere voluit ejus, qui nobis ad ſalutis viam præivit (ſiquis, inquit, pone me venire vult, abjuret ſemetipſum, & tollat ſuam ipſe crucem, & ſequatur me) hæc ferè ſunt: Jam primum mentem pacatam habere conveniebat.

μέν τοι) at, verò, verùm, adverſativa Conjunctio, *hoc loco reſpondet Conjunctioni μὲν, quæ multò antè præceſſit, ἃ μὲν ποῖω αὐτὸς, &c. Nam poſt μὲν, ut ſcripſimus ſuprà in voce μὲν, fermè ſequitur δ', aut alia quævis Conjunctio, poſteriori ſententiæ aut membro ſerviens: hîc prior oratio, ubi ponitur μὲν, ſtatum rerum Baſilii continet, altera quæ effertur per μὲν τοὶ, declarat quid ipſum agere conveniebat.*

ποιεῖν) Infinitivus à verbo *ποιέω ποιῶ*, ut ſuprà *dictum eſt.*

ἔδει) oportebat, imperſonale δεῖ oportet, ut ſuprà, *finge vocem perſonalem, & cape tertiam perſonam, δέω, δέεις, δέει, & per Craſin δεῖ. Imperfectum ἔδεον, ἔδεες, ἔδεε, Craſis ἔδει, eſt enim imperſonale activæ vocis.*

ὅθεν) unde, è quibus, Adverbium.

ὑπῆρ-

ὑπῆρξεν ) simplex ἄρχω, Futurum ἄρξω Aoristus primus ἦρξα. *Compositum* ὑπάρχω, *Futurum* ὑπάρξω, *Aoristus primus* ὑπῆρξα, ὑπῆρξας, ὑπῆρξε. *Quod verbum infinitivo junctum tanquam impersonaliter accipitur, pro contigit, licuit, evenit.* ὑπῆρξεν ἔχεσθαι *licuit hærere, fortè Basilius scriptum liquit* ὑπῆρξεν ἄν, *id est, licuisset. In exemplari Aldino deest hæc vox* ὑπῆρξεν, *sed tamen excusum est* ὅθεν ἡμῖν τῶν ἰχνῶν ἔχεσθαι, *unde nobis vestigiis hærere, quod nescio an secutus sit Budæus, interpretatus in hunc modum: undeque auspicandum fuit ei qui vestigiis hærere voluit, &c. quasi quippiam subaudiendum putarit:* ὅθεν *unde, & è qua re, subaudi proficiscitur,* ἔχεσθαι τῶν ἰχνῶν, *hærere vestigiis, quanquam alioqui ab iis auspicari convenit, unde licet rem assequi.*

ἡμῖν ) nobis, Dativus pluralis ab ἐγώ, ut suprà.

τῶν ἰχνῶν ) Genitivum pluralem indicat articulus τῶν, *sed cùm quivis Genitivus pluralis desinat in* ων, *& articulus* τοῦ *sit omnis Generis, aut Præceptore opus est, aut Lexico, ut discas Nominativum esse* τὸ ἴχνος *vestigium, primæ Declinationis contractorum,* τοῦ ἴχνεος, τοῦ ἰχνέων, *Crasin* ἰχνῶν.

ἔχεσθαι ) Infinitivus ab ἔχομαι hæreo, postulat Genitivum.

πρὸς σωτηρίαν ) ad salutem. σωτὴρ servator τοῦ σωτῆρος, *unde* ἡ σωτηρία *salus. Nam quemadmo-*

dum à nominativis in ος fiunt substantiva in ία, κακὸς, ἡ κακία de quo suprà in voce ἐπαγγελίας ita & à Genitivo desinente in ος, quandoque hujusmodi fiunt nomina in ία ut ὁ σωτῆρος, ἡ σωτηρία secundæ Declinationis.

καθηγησαμένου) Genitivus est. Ordo est, ἔχεσθαι τῶν ἰχνῶν τοῦ καθηγησαμένου πρὸς σωτηρίαν, hærere vestigiis ejus, qui præivit ad salutem. Nominativus ὁ καθηγησάμενος participium à primo Aoristo medio καθηγησάμην, primus Aoristus activus esset καθήγησα, Futurum καθηγήσω. Præsens καθηγέω, verùm solùm est receptum in voce Passiva sive media, καθηγέομαι, Crasis καθηγοῦμαι primæ conjugationis circumflexorum: tamen quoties hæc verba deponentia sive communia sunt excutienda, formabimus omnia tempora more activorum & passivorum, quamvis non sint recepta, ideoque à καθηγησάμενος, sursum ascendemus ad præsens usque καθηγέω: sed Lexicon docebit tantùm receptum esse καθηγέομαι, quod est compositum ab ἡγέομαι, nam κατὰ perdit ultimum α, quia verbum incipitur à vocali, quæ quòd sit aspirata, mutatur τ in θ, καθηγέομαι, non κατηγέομαι.

Cæterum Deponentium verborum tempora quædam fiunt ut in passivis, quædam ut in mediis, quod usu magis disces quam præceptis.

Est autem καθηγοῦμαι, idem quod præeo, præceptor sum, hinc καθηγεμὼν autor, præceptor, qui rem instituit.

εἴ τις ) si quis, τις aliquis Encliticum est, & accentum remittit in præcedentem ſyllabam εἰ, quæ ex ſe accentum nullum habet, cujusmodi alia ſcripsimus ſuprà.

γάρ φησι ) φημὶ dico, tertia persona φησὶ, ut ſuprà dictum est, estque ex Encliticis, & accentu deſtituitur, de quo ſuprà dictum est. Est autem locus, quem citat Basilius, Lucæ capite 9. nisi quòd ibi additur hæc particula καθ᾽ ἡμέραν, id est, quotidiè.

θέλει ) vult, prima perſona θέλω volo.

ὀπίσω μου ) poſtme, Adverbium eſt cum Genitivo, Græcorum quædam adverbia per præpositionem reddimus.

μου ) Genitivus ab ἐγώ, deſtituitur accentu tanquam Encliticum.

ἐλθεῖν ) ἐλεύθω, ſecundus Aoriſtus ἤλυθον, Syncope ἦλθον, Infinitivus ἐλθεῖν, ut ſuprà.

ἀπαρνησάσθω ) tolle Præpositionem ἀπὸ manet ἀρνησάσθω, Aoriſtus primus medius Imperativus, ut τυψάσθω, ſecunda perſona ἄρνησαι, τύψαι, indicativus ἠρνησάμην Aoriſtus primus activus eſset ἤρνησα, Futurum ἀρνήσω, Præſens ἀρνέω, ſed receptum est Deponens, ἀρνέομαι inde ἀπαρνέομαι abnego.

ἑαυ

ἑαυτὸν ) ſemetipſum, Pronomen compoſitum, ut *ſuprà dictum eſt.*

ἀράτω ) αἴρω tollo, Futurum ἀρῶ, Aoriſtus primus ἦρα, *Imperativus* ἆρον ἀράτω, *ut* τύψον τυψάτω.

ϛαυρὸν ) ὁ ϛαυρὸς, Crux, tertiæ Declinationis.

αὐτȣ̃ ) ipsius, crebrò reperies, pro αὐτȣ̃ αὐτȣ̃, quod *per Aphæresin dicitur pro* ἑαυτȣ̃, *ut ſuprà.*

ἀκολȣθείτω ) ἀκολȣθέω ſequor, Dativum regit, ut *ſuprà dictum est. Imperativus* ἀκολȣθεε, ἀκολȣθεέτω, *&* *per Crasin* ἀκολȣθείτω *ut* ποιεέτω ποιείτω, *ut ſuprà.*

μοι ) Dativus ab ἐγὼ ex Encliticis est, accentu *carens.*

ταῦτά ἐϛιν ) ταῦτα, hæc, neutrum plurale pronominis ȣ̃τος, *ut ſuprà. Iungitur verbo singulari, de quo ſuprà dictum eſt.*

ἐϛιν ) tertia singularis εἰμὶ ſum, ut ſuprà dictum *est, eſtque ex Encliticis. Scribitur autem* ἐϛὶν *per* ν, *more Attico, qui perſonis in jota finitis addunt* ν, *sive ſequatur vocalis, sive conſonans, sive abſoluta sit ſententia, sive non, idque receptiſſimum in Eccleſiaſticis ſcriptoribus.*

ἐν ἡσυχίᾳ ἔχειν ) ἔχω habeo, Infinitivus ἔχειν habere,

*bere, ἐν ἡσυχίᾳ in quiete, pro quo Budæus pacatam habere: ἡ ἡσυχία quies, secundæ Declinationis. Dativus ἡσυχίᾳ per ᾳ diphthongum impropriam. ἐν in, præpositio juncta Dativo ἡσυχίᾳ.*

τὸν νοῦν) Accusativus, Nominativus ὁ νόος, Crasis νοῦς, *ut suprà.*

πειρᾶσθαι) πειράομαι nitor, conor, tento, secundæ *conjugationis circumflexorum, infinitivus* πειράεσθαι, *Crasis* πειρᾶσθαι.

προσήκει) convenit, impersonaliter, præsentis temporis, *à* πρὸς & ἥκω. *Compositum* προσήκω *convenio. Budæus Imperfecto reddidit: Imprimum, inquiens, mentem pacatam habere conveniebat, pro quo Græcus dixit, ἐν ἡσυχίᾳ τὸν νοῦν ἔχειν πειρᾶσθαι προσήκει, hoc est, verbum è verbo: in quiete mentem habere, conari convenit: ordo est, Convenit conari habere, id est, ut habeas, aut, habeat quis mentem, &c.* Magnus *est enim usus Infinitivi Græci, & sæpenumerò commodè redditur per Optativum præcedente particula, ut, aut alia simili. Cæterùm nos docendi gratia rudius vertimus, quò per omnia discipulo satisfaceremus. Neque verò miretur, si inter Græca nihil respondeat illi, Imprimum, nec Interpretem damnes, quasi Infinitivum* πειρᾶσθαι *neglexerit. Latinis auribus ille inservivit, & sensum bona fide reddidit. Verùm jam deinceps in istiusmodi versionis sive libertate, sive autoritate non multùm immorabimur, sed Budæi doctissimam interpre-*

tati-

*tationem tantùm aſcribemus. Vbi enim ſingulorum verborum themata commonſtrata fuerint, & Grammaticas minutias exactè perveſtigaverimus, facilè quivis judicio ipſe ſuo conſequetur, quid interpres aut prudens adjecerit, aut ſecurus transmiſerit, quorum utrumque quantum permiſsum ſit, fidorum interpretum ſcripta docebunt. Nunc quo cœpimus propoſito, has meditationes abſolvamus. De interpretandi ratione aliàs fortè & copioſius dicemus.*

Ὡς γὰρ ὀφθαλμὸν περιαγόμενον συνεχῶς, καὶ νῦν μὲν ἐπὶ τὰ πλάγια περιφερόμενον, νῦν δὲ πρὸς τὰ ἄνω καὶ κάτω πυκνὰ μεταστρεφόμενον ἰδεῖν ἐναργῶς οὐχ οἷόν τε, ἀλλὰ δεῖ ἐστερεωθῆναι τὴν ὄψιν τῷ ὁρωμένῳ, εἰ μέλλοι ἐναργῆ αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὴν θέαν· οὕτω καὶ νοῦν ἀνθρώπου ἀπὸ μυρίων τῶν κατὰ τὸν κόσμον φροντίδων περιελκόμενον, ἐναργῶς ἀμήχανον ἐνατενίσαι τῇ ἀληθείᾳ.

Vt enim oculum circumactum aſsiduè, & nunc quidem in obliqua circumlatum nunc verò ad ſuperna & inferna identidem reverſum, cernere evidenter non poſsibile, ſed oportet affixum eſse obtutum viso, si futurus sit evidentem ipsius facere conſpectum: sic & mentem hominis ab innumeris in mundo curis diſtractum, difficile evidenter intendere veritati.

Vt enim oculus continuo circumactu verſatus, & nunc horſum illorſumque deflexus, nunc ſurſum deorſumque erectus vicisſim ac depreſsus, exactè cernere nequit, ſed obtutu incumbere in rem viſam eum oportet, siquidem conſpectum rei perſpicuum factu-

ctarus est, hunc in modum mentem humanam ſexcentis mundi curis diſtractam, evidenter cernere veritatem vix eſt ut evenire poſit.

ὡς γὰρ) ut enim, reſpondet ei, quod ſequitur οὕτω sic.

ὀφθαλμὸν) oculum, ὁ ὀφθαλμὸς, tertiæ Declinationis.

περιαγόμενον) Accuſativus Participii præſentis temporis. *Nominativus ὁ περιαγόμενος, à Paſsivo περιάγομαι, Activum περιάγω circumago, circumduco, verſo, à περὶ & ἄγω, nec abjicit περὶ vocalem, licet verbum ἄγω incipiatur à vocali, ut ſuprà.*

συνεχῶς) συνέχω contineo, inde συνεχὴς continuus. *Primæ declinationis contractorum ὁ συνεχέος, τοῦ συνεχέων, Craſi συνεχῶν, & ν in σ converſo, fit Adverbium συνεχῶς, quaſi dicas continenter, qua voce Cæſar utitur pro aſsiduè & citra intermiſsionem, continenter bellum gerere. De hujusmodi adverbiorum formatione ſuprà ſcriptum eſt. Pro περιελκόμενον συνεχῶς, Budæus habet, continuo circumactu verſatus.*

καὶ νῦν μὲν) & nunc quidem, νῦν adverbium temporis.

ἐπὶ τὰ πλάγια) in obliqua, neutrum plurale, Accuſativus caſus, Nominativus singularis ὁ πλάγιος

*obliquus, transversus, tertiæ declinationis, pro* ἐπὶ τὰ πλάγια *Budeus, horsum illorsumque.*

περιφερόμενον) φέρω, Compositum περιφέρω, Passivum περιφέρομαι, *circumferor, Participium* ὁ περιφερόμενος, *Tertiæ declinationis, Accusativus* τὸν περιφερόμενον.

πρὸς τα ἄνω καὶ κάτω) sursum ac deorsum, ἄνω *Adverbium, sursum, suprà,* κάτω *deorsum, infrà. Adverbiis Articuli adduntur in quovis genere & numero, sensusque redditur Latinè per conveniens aliquod participium, aut aliam quampiam vocem, quæ maximè quadrat,* ὁ ἄνω *qui sursum versatur,* τα ἄνω *sursum sita,* τὰ κάτω *deorsum posita,* πρὸς τὰ ἄνω, *ad ea quæ sursum consistunt.*

πρὸς) Præpositio juncta est Accusativo τὰ ἄνω.

πυκνὰ) Neutrum plurale ab adjectivo πυκνὸς densus, *frequens. Neutra verò adjectiva in utroque numero tanquàm adverbiascunt.* πολλὰ, *multum, sic* πυκνὰ *frequenter, pro quo Budæus vicissim, id est, identidem, crebrò per intervalla.*

μεταστρεφόμενον) Accusativus est. Nominativus μεταστρεφόμενος, *Participium præsentis temporis à Passivo* μεταστρέφομαι, *activum* μεταστρέφω, *converto, reverto à* μετὰ *&* στρέφω. *Pro* πυκνὰ μεταστρεφομενον, *id est, frequenter conversum, vertit, erectus vicissim ac depressus: Nam* πρὸς τὰ ἄνω μεταστρέφεσθαι, *id est, sursum*

*sum*

*ſum converti non aliud eſt quàm erigi, contrà,* πρὸς τὰ κάτω μεταστρέφεσθαι, *deorſum converti, tanquam est deprimi, id verò per vices contingit sibi mutuò ſuccedentes, ideo* πυκνὰ μεταστρέφεσθαι *dixit viciſsim erigi ac deprimi·*

ἰδεῖν) videre, Infinitivus ſecundi Aoriſti, ut ſuprà *dictum eſt in* εἴδω.

ἐναργῶς) manifeſtè evidenter, Adverbium factum *à Genitivo plurali* ἐναργῶν, *Nominativus* ὁ καὶ ἡ ἐναργὴς, *primæ Declinationis contractorum.*

οὐχ) non: οὐ ante conſonantem, οὐ ποιήσω, οὐκ ante *vocalem tenuem,* οὐκ ἐποίησα, οὐχ *ante aſpiratam* οὐχ ἅπας.

οἷόντε) οἷος potens, poſsibilis, quod nomen Io*nico more capit parelcon* τε, οἷοστε, *Neutrum* οἷόντε.

χρὴ) oportet, imperſonale, de quo ſuprà dictum *eſt.*

προσερεισθῆναι) simplex ἐρεισθῆναι ut τυφθῆναι, Ao*riſtus primus paſsivus Infinitivi modi, Indicativus* ἠρείσθην, *à tertia perſona præteriti paſsivi* ἤρεισται, *prima perſona* ἤρεισμαι, *Præteritum activum* ἤρεικα, *Futurum* ἐρείσω, *Præſens* ἐρείδω, *id eſt, firmo, figo.* προσερείδω *applico, affigo,* προσερεισθῆναι τὴν ὄψιν, *affigi oculum, sive aſpectum applicari.*

τὴν ὄψιν) ὄπτομαι video, præteritum ὦμμαι, secunda persona ὦψαι, hinc ablato incremento, verbale fit ἡ ὄψις, τῆς ὄψεως, τὴν ὄψιν, secundæ declinationis contractorum.

ὁρωμένῳ) ei quod videtur, ὁράω video, ὁράομαι videor, Crasin ὁρῶμαι, secundæ conjugationis circumflexorum, Participium ὁρώμενος, Dativus τῷ ὁρωμένῳ, pro quo Budæus dicit rem visam. Nam hujusmodi participiis præteriti temporis sæpius abutimur, & ad significationem præsentis accommodamus, quòd Latini non habeant participium præsens à Verbo passivo. Quanquam & Græci & Latini participia crebrò solent usurpare, non habita ratione temporis, sed significati: ut rem visam dicamus non eam solùm, quam tempore præterito vidimus, sed omne id, in quod oculus officio suo fungi potest: sic Græci τὸ ὁρώμενον Participio præsentis temporis appellant, quicquid cerni potest, sive nunc in præsentia cernatur, sive antea conspicuum fuerit, licet jam lateat, neque appareat, id est τὸ ὁρώμενον, & visum, pro objecto visus, ut Physici loquuntur, accipimus.

εἰ) si, Conjunctio hîc posita cum optativo μέλλοι.

μέλλοι) Optativus ut τύπτοι, Indicativus μέλλω, quod verbum peculiariter gaudet Infinitivo, solentque Latini hanc phrasim reddere his verbis, futurum est, ut μέλλω ποιεῖν, futurum est ut faciam μέλλω γράψαι, futurum est ut scribam, μέλλω τύψαι, futurum est

ut-

*ut verberem: cujusmodi planè eadem sunt cum Futuris, faciam, scribam, verberabo, sed vocum usus est observandus. Nos rudium ducentes rationem, pro* μέλλοι *diximus, futurus sit.*

ἐναργῆ) ὁ καὶ ἡ ἐναργὴς, primæ declinationis con*tractorum,* τοῦ καὶ τῆς ἐναργέος, τὸν καὶ τὴν ἐναργέα, *Crasi* ἐναργῆ, *id est evidentem, manifestum, aut, ut Budæus, conspicuum: hîc capitur in genere fæminino: ejus substantivum est* θέαν.

αὐτοῦ) αὐτὸς ipse ut suprà, Neutrum αὐτό *Genitivus* αὐτοῦ *refertur ad* ὁρωμένῳ *Dativum neutrum. Budæus habet pro* αὐτοῦ *Genitivum rei, quia* ὁρωμένῳ *vertit rem visam.*

ποιεῖσθαι) Infinitivus à ποιέομαι, ut suprà, & in voce *passiva capitur activè, ideoque regit Accusativum à tergo* τὴν θέαν, *vide ut suprà dictum est in* παρεχομένῳ.

θέαν) ἡ θέα aspectus, visus, at ἡ θεὰ Dea: utrum*que secundæ declinationis, Accusativus à* θέα *est* τὴν θέαν.

οὕτω) sic, ante consonantem οὕτω, ante vocalem οὕτως.

ἀνθρώπου) Nominativus ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, tertiæ *declinationis.*

ὑπὸ)

ὑπὸ ) Hæc Præpositio cum Genitivo ſolet addi *dictionibus paſsive significantibus, ut apud Latinos à vel ab,* τύπτομαι ὑπὸ σοῦ, *verberor abs te, sic hoc loco,* ὑπὸ μυρίων φροντίδων διελκόμενον.

μυρίων ) ante hoc explicatum eſt.

τῶν κατὰ τὸν κόσμον φροντίδων ) Budæus vertit, mundi *curis. Quomodo autem explicari poſsit articulus ille* τῶν *junctus præpositioni cum caſu* κατὰ τὸν κόσμον, *oſtenſum eſt ſuprà in verbis* ὑπὸ τῆς κατὰ τὸν πλούτου ἀπειρίας.

κατὰ τὸν κόσμον) κατὰ in, præpositio cum Accuſativo κόσμον. *Nominativus* ὁ κόσμος *tertiæ Declinationis.*

φροντίδων ) ἡ φροντὶς τῆς φροντίδος, τῶν φροντίδων.

διελκόμενον ) ἕλκω traho, διέλκω diſtraho. Pas-*sivum* διέλκομαι. *Participium* ὁ διελκόμενος, τὸ διελκόμενον *diſtractum. Est tamen præſentis temporis, vide hoc in voce* ὁρωμένῳ *ſuprà.*

ἀμήχανον ) μηχανὴ, conatus, machina, unde per α *privativam particulam fit* ἀμήχανον, *difficile, quod nulla ratione vel arte fieri poſsit.*

ἐνατενίσαι ) ἀτενίζω fixis oculis intueor. Futurum ἀτενίσω. *Aoriſtus primus* ἠτένισα. *Infinitus* ἀτενίσαι *ut* τύψαι *Compositum* ἐνατενίσαι, *ab Indicativo præſenti* ἐνατενίζω *quod Dativum regit* τῇ ἀληθείᾳ, *ratio-*

ne

*ne præpositionis* ἐν, *vide ſuprà in* ἐπιφαινομένης αὐτοῖς.

*Nec mireris Interpretem* ἐναπενίσαι *vertiſse per Infinitivum præſentis temporis, cernere, ut & prius* προσερείσασθαι *incumbere, &* ἰδεῖν *cernere: quandoquidem Aoriſti variis tribuntur temporibus, & latiſsimè patet eorum significatio & uſus.*

ἀληθείᾳ) veritati. Adjectiva in ης primæ declinationis *contractorum faciunt ſubſtantiva fœminina in* εια ἐναργὴς *evidens*, ἡ ἐνάργεια *evidentia*, ἀληθὴς *verus*, ἡ ἀλήθεια *veritas*, τῆς ἀληθείας, τῇ ἀληθείᾳ *per* α *diphthongum impropriam, & hoc differt à Nominativo* ἀλήθεια.

Ἀλλὰ τῷ μὲν οὔπω τοῖς δεσμοῖς τοῦ γάμου συνεζευγμένον, λυσσώδεις ἐπιθυμίαι, καὶ ὁρμαὶ δυσκάθεκτοι, καὶ ἔρωτές τινες δυσέρωτες σπαράσσουσι.

Sed quidem nondum vinculis nuptiarum conſtrictum rabidæ cupidines, & impetus irretiti, & amores quidam perditi, perturbant.

Atque ei quidem, qui nondum conjugalibus vinculis aſtrictus est, rabidæ cupidines & impetus effrenes, amoresque incesſunt perditiſsimi.

δεσμοῖς) Dativus pluralis, Nominativus ὁ δεσμὸς *tertiæ declinationis, eſt verbale à* δέω *ligo, ut ſuprà.*

γάμου)

γάμου) ὁ γάμος nuptiæ, tertiæ declinationis, est *singulare, cum nos utamur plurali nuptiæ; vide suprà in ἐπιφαινομένης.*

συνεζευγμένον) ζεύγνυμι tempora ſumit à ζεύγω, ut *ſcriptum est ſuprà in Verbo ἄγνυμι. Futurum igitur ζεύξω, Præteritum activum ἔζευχα, Paſsivum ἔζευγμαι Participium ἐζευγμένος, & Compositum συνεζευγμένος, Accuſativus τὸν συνεζευγμένον. Verbum tamen ſcribitur συζεύγνυμι, non autem συνζεύγνυμι ut συζάω, non συνζάω, de quo ſuprà dictum est. Est autem συνεζευγμένος conjugatus, pro quo Budæus conſtrictus.*

λυσσῶδεις) multa ſunt adjectiva in δης communia, *primæ declinationis contractorum, ἀνὴρ ἀνδρὸς, vir viri, ἀνδρώδης virilis, ἰξὸς viſcum, ἰξώδης viſcoſus sic λύσσα rabies, λυσσώδης rabidus, ὁ καὶ ἡ λυσσώδης, Pluraliter, οἱ καὶ αἱ λυσσώδεες, Crasis λυσσώδεις.*

ἐπιθυμίαι) Nominativus pluralis, singularis ἡ ἐπιθυμία *concupiſcentia, ſecundæ Declinationis.*

ὁρμαὶ) ἡ ὁρμὴ ſecundæ declinationis, impetus, ſubi*tus animi affectus & motus, quo temerè huc vel illuc inpellimur, cujuſmodi est in animantibus dolentibus, aut alio affectu ſubitò raptis.*

δυσκάθεκτοι) retentu difficiles, ἔχω, Futurum ἕξω *per aſpirationem, quæ manet in præterito εἶχα, Paſ-*

*Passivum* εἶγμαι, εἶξαι, εἶκται, *unde ablato incremento, fit verbale* ἐκτὸς, *sic à composito* κατέχω: *id est, retineo, verbale* καθεκτὸς, *id est, cohibitus & retentus, & licet scribatur* κατέχω, *tamen per* θ *scribitur* καθεκτὸς. *nam* κατέχω, *fi à* κατὰ & ἔχω, *at* καθεκτὸς, *ab* ἐκτὸς, *quod habet aspirationem. A* καθεκτὸς *fit* δυσκάθεκτος *retentu difficilis, & qui cohiberi non potest, id est, effrenis. Particula vero* δυς *in compositione significat difficultatem, malum & perniciosum, cujus contrarium est* εὖ. *Cum sit autem* ὁρμαὶ *fœmininum, tamen dixit non* δυσκάθεκται *sed* δυσκάθεκτοι. *Attici namque adjectiva in* ος *communi genere solent usurpare, de quo supra dictum est.*

ἔρωτες τινες) ἔρως amor, τοῦ ἔρωτος plurale ἔρωτες, *Quintæ declinationis.* τινες *Encliticum à Nominativo* τις, *remittit accentum.*

δυσέρωτες) ab ἔραω fit adjectivum δυσέρως, id est, *perditè amans, aut minimè amandus: explica particulam* δὺς, *ut loco quadrabit,* ἔρωτες δυσέρωτες *amores perditissimi, aut amores infelices & perniciosi.*

ἐκταράσσουσι) ταράσσω turbo, ἐκταράσσω conturbo, *molestus sum. Præpositio* ἐκ *in compositis sæpe facit ad Auxesin,* ἐκάμνειν, *supra modum defatigari,* ἐξασθενεῖν *valdè debilitari,* ἐκταράσσουσι *tertia persona pluralis.*

Τὸν οὖ ἤδη κατειλημμένον ὁμοζύγω ἑτέρος θόρυβος φροντίδων ἐκδέχεται. ἐν ἀπαιδίᾳ παίδων ἐπιθυμία, γυναικὸς

φυλακὴ, οἴκου ἐπιμέλεια, οἰκετῶν προστασίαι, αἱ κατὰ τὰ συμβόλαια βλάβαι, οἱ πρὸς τοὺς γείτονας διαπληκτισμοί, αἱ ἐν τοῖς δικαστηρίοις συμπλοκαὶ, τῆς ἐμπορίας οἱ κίνδυνοι, αἱ τῆς γεωργίας διαπονήσεις. πᾶσα ἡμέρα ἰδίαν ἥκει φέρουσα τῆς ψυχῆς ἐπισκότησιν, καὶ αἱ νύκτες τὰς μεθημερινὰς φροντίδας παραλαβοῦσαι, ἐν ταῖς αὐταῖς φαντασίαις ἐξαπατῶσι τὸν νοῦν.

At jam occupatum conjuge, alter tumultus curarum excipit: in orbitate, prolium desiderium, uxoris custodia, domus procuratio, ministrorum præfecturæ, in contractibus damna, cum vicinis digladiationes, in foro concertationes, negociationis pericula, agriculturæ labores, unaquæque dies propriam venit ferens animi caliginem. Et noctes diurnas curas excipientes, in eisdem phantasiis fallunt mentem.

Conjugio autem mancipatum curarum agmen excipit: in orbitate desiderium prolis, uxoris custodia, domestica procuratio, servilium officiorum constitutio, damna civilibus in contractibus accepta, digladiationes cum vicinis, forenses concertationes, negociationis alea, agriculturæ labores, unaquæque dies suam affert animo caliginem. Jam verò noctes diurnas curas excipientes, per easdem rerum species imposturam menti jactitant.

ἥδη) jam. Quanquam hujusmodi particulas, quas *facilè commonstraverit Lexicon, non est necesse curiosius recensere, ut neque quoties sese offert casus Nominativus, aut Præsens Indicativus primæ per-*

*sonæ:*

*ſonæ: quandoquidem has Meditationes in hoc tantùm conſcripsimus, ut verborum themata, & caſum Nominativum, Grammaticis innixi præceptis, reperiamus.*

κατειλημμένον) λαμβάνω, tempora ſumit à λήβω, Futurum *λήψω, Præteritum activum λέληφα, & Atticè εἴληφα, ut ſupra. Paſsivum εἴλημμαι, Participium εἰλημμένος: sic à καταλαμβάνω, κατειλημμένος, Accuſativus* τὸ *κατειλημμένον.*

ὁμοζύγῳ) ὁμόζυγος conjux. Multa derivantur ab ὁμὸς *similis*, ὁμόψηφος *ejusdem ſententiæ & ſuffragii*, ὁμόχρονος *coætaneus*, ὁμόζυγος *conjunx dicitur, quòd ejuſdem sit jugi, & pari cum marito jungatur copula, à* ζυγός, *id est, jugum, Dativus* τῷ ὁμοζύγῳ, *tertiæ declinationis.*

ἕτερος θόρυβος φροντίδων) alter vel alius tumultus *curarum*, ἕτερος θόρυβος *tertiæ declinationis*, φροντίδων *à* φροντὶς.

ἐκδέχεται) ἐκδέχομαι excipio, à δέχομαι, tertia *perſona singularis* ἐκδέχεται *ut* τύπτεται.

ἀπαιδία) παῖς παιδὸς puer, proles. ἄπαις, ἄπαιδος *orbus, sine liberis, unde* ἀπαιδία *orbitas, ſecundæ declinationis, ut antè diximus, à* σωτὴρ σωτῆρος *fieri* ἡ σωτηρία, *ſalus, ut ſuprà.*

παίδων) liberorum, prolium, à nominativo παῖς παιδὸς.

 ἀπ-

ἐπιθυμία) θυμὸς animus ἐπιθυμέω concupisco, à præpositione ἐπὶ in, *quasi animo gero*, ἐπιθυμία *desiderium, aviditas, concupiscentia.*

γυναικὸς) γυνὴ uxor, Genitivus τῆς γυναικὸς, ab *inusitato nomine* γυναιξ. *vide Heteroclita, de quibus ſuprà.*

φυλακὴ Verbalia plurima ſervant figurativam literam *ſecundi Aoristi, quæ in verbis Quartæ Conjugationis est* γ, *si Futurum desinat in* ξω, *ut ſuprà. Itaque à verbo* σφάττω, *jugulo, Futurum* σφάξω, *Aoristus ſecundus,* ἔσφαγον, *Verbale nomen* ἡ σφαγὴ *cædes.* ἐπιτάττω *impero,* ἐπιταγὴ *Imperium; sic à* φυλάττω, *custodio, foret nomen* ἡ φυλαγὴ *custodia, per* γ, *dicitur tamen* φυλακὴ, *Siquidem hujuſmodi mutarum, tenuis, aſpiratæ & mediæ, magna est inter ſese affinitas, traduntque operas mutuas, ut crebrò aliam pro alia reperias. Aut fit* ἡ φυλακὴ *à nomine* φύλαξ *custos,* τοῦ φύλακος, *unde* ἡ φυλακὴ.

οἴκου ἐπιμέλεια) domus procuratio, cura & diligentia, οἶκος *domus, Tertiæ declinationis.* ἐπιμελὴς *accuratus, diligens, unde* ἡ ἐπιμέλεια *diligentia, ut* ἀλήθεια *ab* ἀληθὴς, *de quo ſuprà dictum in* ἀλήθεια.

οἰκετῶν) ὁ οἰκέτης famulus, primæ declinationis τῶν οἰκετῶν, *accentu circumflexo in ultima, de quo ſuprà.*

προστασίαι) προΐστημι, præsideo, & præſum, à πρὸ & ἵστημι, προΐσταμαι, *præficio, præfecturam confero,* sim-

*simplex verbum* ἵστημι, *Futurum* στήσω, *Præteritum activum* ἕστηκα, *Passivum* ἕσταμαι, ἕστασαι, *sic à composito* προΐσταμαι, *Præteritum* προέσταμαι, προέστασαι, *unde ablato incremento fit duplex nomen verbale* ἡ πρόστασις & ἡ προστασία, *id est, præfectura, præsidentia, plurale* αἱ προστασίαι.

αἱ κατὰ τὰ συμβόλαια βλάβαι) Vim articuli afficientis *præpositionem cum casu pulcrè expressit Participio: Damna civilibus in contractibus accepta.*

συμβόλαια) à βάλλω, Compositum συμβάλλω, quod *præter alia significat pacisci, & contractus conventaque inire, unde verbale* συμβολή, & *inde* συμβόλαιον, *hoc est, pactum & contractus.*

*Fermè autem hujusmodi verbalia à* βάλλω & *composita, efferuntur per o non α, ut* βολή, προσβολή, καταβολή, *sic* συμβολή, & *inde* συμβόλαιον, *ut* ἐπιβόλαιον.

βλάβαι) βλάπτω noceo, fecundus Aoristus ἔβλαβον, *tanquam à themate* βλάβω, *ut suprà, hinc verbale* βλάβη, *damnum, per idem effertur characteristicon, nempe* β.

γείτονας) ὁ γείτων vicinus, τοῦ γείτονος, habito Genitivo, *facilè ad reliquos casus perveneris,* κατὰ γείτονας.

διαπληκτισμοί) πλήττω, percutio, Futurum πλήξω,

*Præ-*

*Præteritum activum* πέπληχα, *Passivum* πέπληγμαι, πέπληξαι, πέπληκτ, *unde verbale* πληκτὴρ *percussor*, & *per Metaphoram objurgator & conviciator, unde Verbum* πληκτίζω, *aut* πληκτίζομαι. *Illa enim in* ζω, ίζομαι, *passim à quovis deducuntur, ut doctis autoribus visum est. Compositum* διαπληκτίζομαι, *verbum deponens, id est, decerto, pugno, contendo. Futurum à* πληκτίζω, *est* πληκτίσω, *Præteritum activum* πεπλήκτικα, *Passivum* πεπλήκτισμαι, *unde verbale, ablato incremento,* ὁ πληκτισμὸς, *ut suprà. Sic à* διαπληκτίζομαι *verbale* διαπληκτισμός· *Utrum verò recepta sint* πληκτήζω, πληκτίζομαι, *an tantùm* διαπληκτίζομαι, *docebit assidua lectio: tantùm ostendimus, quo pacto verba fiant, quæ quidem nunc activa, nunc contrà passiva, nunc simplicia, nunc composita solùm in usu versantur, quemadmodum apud Latinos recipiuntur composita, aspicio, conspicio, despicio, &c. inde aspectus, conspectus, despectus, non autem simplex specio, licet usurpetur nomen species.*

δικαστηρίοις) δικάζω, Futurum δικάσω, Præteritum *activum* δεδίκακα, *Passivum* δεδίκασμαι, δεδίκασαι, δεδίκασαι· *unde verbale* τὸ δικαστήριον, *forum judiciale, tribunal, Dativus pluralis* τοῖς δικαστηρίοις *tertiæ declinationis, nam* δικάζομαι *est, lites ago, contendo.*

συμπλοκῇ) πλέκω, συμπλέκω, συμπλέκομαι, *confligo, negocium habeo cum aliquo. Verbale* ἡ συμπλοκὴ *congressio, conflictus, secundæ declinationis, migrat* ε *in* ο, *ut suprà dictum est in* τρόπε.

ἐμπορίαις) πόρος quæstus, proventus, ἔμπορος mercator, ἡ ἐμπορία τῆς ἐμπορίας, *secundæ declinationis, à præpositione* ἐν, *&* *nomine* πόρος, *vide suprà in* ἔνοικα πάθη.

κίνδυνοι) Nominativus pluralis à singulari ὁ κίνδυνος *periculum, pro quo Budæus posuit aleam.*

γεωργίας) γεα & per Crasin γῆ terra, ἔργον opus, inde γεωργὸς *agricola*, ἡ γεωργία *agricultura*, τῆς γεωργίας.

διαπονήσεις) πονέω laboro, Futurum πονήσω, Præteritum *activum* πεπόνηκα, *Passivum* πεπόνημαι, πεπόνησαι, *Verbale* ἡ πόνησις, *ut suprà, Secundæ declinationis contractorum,* τῆς πονήσεως, αἱ πονήσεεις *&* *Crasi* πονήσεις; *Compositum* διαπονήσεις, *à Nominativo* διαπόνησις, *à verbo* διαπονέομαι *excolo, elaboro.*

πᾶσα ἡμέρα) ἡμέρα dies, secundæ ddclinationis, ὁ πᾶς *omnis, fæmininum* ἡ πᾶσα, *neutrum* τὸ πᾶν.

ἰδίαν) ἴδιος proprius, Fæmininum ἡ ἰδία, τὴν ἰδίαν. *Quomodo verò se habeant Fæminina Adjectivorum, scriptum est suprà.*

ἥκει) ἥκω, ἥκεις, ἥκει, Venio, venis, venit.

φέρουσαι) φέρω fero, Participium ὁ φέρων, ἡ φέρουσα.

ψυχῆς) ἡ ψυχή, Secundæ declinationis, τῆς ψυχῆς.

ἀπι-

ἐπισκότησιν,) σκότος tenebræ, Verbum σκοτέω. *Futurum* σκοτήσω. *Præteritum activum* ἐσκότηκα. *Passivum* ἐσκότημαι, ἐσκότησαι, *unde verbale* ἡ σκότησις, *ut suprà*, τῆς σκοτήσεως, τὴν σκότησιν. *Compositum* ἐπισκότησιν. *Nominativus* ἡ ἐπισκότησις *secundæ Declinationis contractorum*, *à verbo* ἐπισκοτέω *obtenebro*.

νύκτες) ἡ νὺξ, τῆς νυκτὸς, nox, noctis, plurale αἱ νύκτες.

μεθημερινὰς) ἡμέρα dies, μεθ' ἡμέραν per Apostrophon, *pro* μετὰ ἡμέραν *propriè significaret post diem*, κατὰ *juncto Accusativo significat post*, *verùm Atticè capitur pro* ἐν ἡμέρᾳ *in die, per diem, interdiu. Cæterum, quia ratione Apostrophi legitur* μεθ ἡμέραν, *tanquam unica dictio* μεθημέραν, *fit inde adjectivum* μεθημερινός *diurnus*, ἡ μεθημερινὰ, *Accusativus pluralis* τὰς μεθημερινὰς.

φροντίδες) ἡ φροντὶς, τῆς φροντίδος, τὰς φροντίδας.

παραλαβοῦσαι) λαμβάνω, secundus Aoristus activus ἔλαβον, *Participium* ὁ λαβων, ἡ λαβοῦσα, *Compositum* παραλαβοῦσα, *à* παραλαμβάνω, *plurale* αἱ παραλαβοῦσαι.

αὐταῖς) Dativus pluralis ab αὐτὴ Pronomine relativo, *quod non solùm significat ipsum, sed etiam capitur pro eodem*, αὐταῖς φαντασίαις *eisdem phantasiis*.

φαντασίαις) φαίνω, Futurum φανῶ, Præteritum activum

*vum* πεφαγκα, *Passivum* πέφαμμαι, πεφανσαι, πέφανται, *verbale* φαντὸς, *unde Verbum* φαντάζομαι, *finge vocem activam* φαντάζω, *Futurum* φαντάσω. *Præteritum activum* πεφάντακα, *Passivum* πεφάντασμαι, *secunda persona* πεφάντασαι, *unde nomen verbale* ἡ φαντασία, *ut suprà*, *Secundæ declinationis*, *Dativus pluralis* ταῖς φαντασίαις.

ἐξαπατῶσι) ἀπατάω fallo, tertia pluralis ἀπατάουσι, *Crasis* ἀπατῶσι, *Compositum* ἐξαπατάω, ἐξαπατῶσι.

Τούτων δὲ φυγὴ μία, ὁ χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ κόσμου παντός. κόσμου δὲ ἀναχώρησις, οὐ τὸ ἔξω αὐτοῦ γενέσθαι σωματικῶς. ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας τὴν ψυχὴν ἀποῤῥῆξαι, καὶ γενέσθαι ἄπολιν, ἄοικον, ἀνίδιον, ἀφιλέταιρον, ἀκτήμονα, ἄβιον, ἀπράγμονα, ἀσυνάλλακτον, ἀμαθῆ τῶν ἀνθρωπίνων διδαγμάτων, ἕτοιμον ὑποδέξασθαι τῇ καρδίᾳ τὰς ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας ἐγγινομένας διατυπώσεις.

Horum autem fuga una, separatio à mundo universo. Mundi verò secessus, non est extra ipsum fieri corporaliter, sed ab eo, qui cum corpore est consensu animum abrumpere, & fieri extorrem, sine domo, carentem proprio, nescium sodalitatis, inopem, sine facultatibus, vacantem negociis, alienum à contractibus, rudem humanarum disciplinarum, paratum excipere corde ex Divina doctrina profectas informationes.

Quarum rerum una demum cautio est, si ab omni ſe mundo abdicaverit, qui hanc vitare moleſtiam inſtituerit. Eſt verò ſeceſsus à mundo, non extra mundum eſse corpore, cæterùm à conſenſu corporis, mutuaque affectione animum abrumpere, non civem eſsē, non domum poſsidere, non familiam, nihil proprium habere, non ſodalitatis officia, non amicitias colere, prædia nulla, nullas facultates habere, negociis vacare, juris gentium contractus, humanasque diſciplinas non noſse, ita ſe comparare, cor ut humanum aptum ſit admittere diſciplinam, ex Divinis monumentis informatam.

*τȣτων)* Genitivus pluralis demonſtrativi neutrius generis *τοῦτο*, *maſculinum ȣ̃τος*, *fæmininum αὐτη, ut ſuprà.*

*φυγὴ)* φεύγω fugio, ſecundus Aoriſtus *ἔφυγον*, *verbale nomen ἡ φυγὴ ut ſuprà dictum eſt in φυλακὴ.*

*μία)* εἷς unus, ut ſupra. Fæmininum *μία* una.

*χωρισμὸς)* χωρίζω ſeparo, Futurum *χωρίσω*, *Præteritum activum κεχώρικα. Paſsivum κεχώρισμαι, verbale ὁ χωρισμὸς, ut ſuprà.*

*κόσμȣ)* ὁ κόσμος mundus, Genitivus τȣ̃ *κόσμȣ*.

*παντὸς)* ὁ *πᾶς*, τȣ̃ *παντος*, Quintæ declinationis.

*ἀναχώρησις)* χωρέω Futurum *χωρήσω*, Præteritum *acti-*

*activum* κεχώρηκα, *Passivum* κεχώρημαι, κεχώρησαι, *verbale* χῶρησις, *ut suprà. Compositum* ἀναχώρησις *secessus, ab* ἀναχωρέω *secedo.*

τὸ ἔξω αὐτȣ͂ γϛυέσθαι) Articulus τὸ afficit orationem, *quæ constat ex Infinitivo, id nempe, extra mundum esse.*

ἔξω αυτȣ͂) Adverbium cum Genitivo, quibusdam *Latinorum præpositionibus respondent Græcorum adverbia.*

γϛυέσθαι) γίγνομαι, secundus Aoristus medius ἐγϛυόμην, *ut suprà. Infinitivus* γϛυέσθαι, *ut* τυπέσθαι *ab* ἐτυπόμην.

σωματικῶς) τὸ σῶμα corpus ȣ͂ σώματος inde Adje*ctivum* σωματικὸς *corporalis, Genitivus pluralis* τ͂ σωματικῶν, *à quo Adverbium* σωματικῶς, *migrante* ν *in* σ, *ut suprà dictum est.*

πρὸς τὸ σῶμα συμπαθειας) Scripsimus suprà in voce ὁμοιότητος, *cujusmodi dictionibus addatur præpositio* πρὸς. *Budæus vertit:* συμπάθειαν πρὸς τὸ σῶμα, *corporis consensum & mutuam affectionem.*

συμπαθείας) πάσχω patior, secundus Aoristus ἔπαθον *à* πήθω, *unde ncmen* πάθος ε͂ος, *à quo nomina adjectiva* ἀπαθής, εὐπαθὴς, *&c. per* α, *&* θ, *sic à composito* συμπάσχω, *id est, condolesco, & alienis incommodis afficior sive tangor, fit* συμπαθής, *qui ejus-*

 *dem*

*dem est affectus, unde Substantivum ἡ συμπάθεια, quasi dicas condolentia, naturalis ille consensus animi cum corpore.*

ἀπορῥῆξαι) ῥήγνυμι frango, rumpo, Futurum ῥήξω, *ut suprà. Aoristus primus* ἔῤῥηξα. *Infinitivus* ῥῆξαι. *Compositum* ἀπυῤῥῆξαι *abrumpere, ab* ἀποῤῥήγνυμι *per geminum* ῥῥ, *ut suprà.*

ἄπολιν) ἡ πόλις civitas, unde ἄπολις extorris, qui civitate *destituitur aut caret, qui non est civis.*

*Magnus hoc loco Catalogus eorum, quæ fiunt per* α, *particulam privativam, quæ quidem Budæus non eadem semper voce reddidit, licet compositis ratio sit una in omnibus: ideoque ut in cæteris, ita & in istis juvabimur copia, ut nobis obvia sint, quæcunque scitè & commodè privationem significant, deinde comminiscamur apta verba, quibus negationem tribuamus* ἄπολιν γλυέσθαι *vertit non esse civem,* ἄοικον *non possidere domum, non familiam: quæ quidem multis aliis verbis & rectè verti possunt,* ἄπολιν γλυέσθαι *civitatem ignorare, civitate carere, civitate destitutum esse, & item alio & alio pacto, utcunque commodum erit negationem explicare.*

ἄοικον) quoties α privativum præfigitur vocalibus, *solet interseri* ν, ἄξιος *dignus,* ἀνάξιος *indignus: verùm id non est perpetuum, ut* ἀεργός, ἄϋπνος, ἀόρατος, ἄοκνος, ἄωρος, ἄωτος *sic ab* οἶκος *domus,*

*mus, Adjectivum formatur* ἄοικ☉, *qui domo caret.*

ἀνίδιον) ἴδι☉ proprius, privatus, ἀνίδι☉, qui ni*hil habet proprium, quod sibi peculiariter vendicet.*

ἀφιλέταιρον) ἑταῖρ☉ sodalis, amicus, φιλέταιρ☉, *sodalium studiosus, & amicitiam colens,* ἀφιλέταιρ☉ *qui sodalitatis & amicitæ officia non facit.*

ἀκτήμονα) κτᾶομαι acquiro, possideo, ἀκτήμων inops, *qui prædia non habet. Multa in* μων *deducuntur à futuro vocis activæ.* μναομαι, *reminiscor, Futurum activum esset* μνησω, *inde* μνήμων *memor: sic à* κτᾶομαι, *Futurum activum* κτησω, *unde si receptum esset, diceretur* κτημων *opulentus, qui multa possidet, hinc* ἀκτημων *qui possessionibus destitutus est, Genitivus* ακτήμον☉, *Accusativus* τὸν ἀκτημονα.

ἄβιον) βί☉ vita, victus & facultates, quibus vita *sustinetur, quæque ad usum vitæ pertinent: hinc* ἄβι☉ *is dicitur, qui iis rebus caret.*

ἀπράγμονα) πρᾶγμα res capitur pro negotio & mo*lestia, ut* παρέχειν πράγματα *facessere negocium; hinc fit* ἀπράγμων, *qui nec aliis exhibet negocium, nec ipse libenter negociis involvitur,* ὁ ἀπράγμον☉.

ἀσυνάλλακτον) ἀλλάττω, inde συναλλάττω contraho, pa*ciscor, in eo contractus & conventa, tertia persona præteriti passivi* συνηλλακται, *Verbale* συνάλλακτ☉, *ut suprà, unde* ἀσυνάλλακτ☉, *ut* ἀλυσκάθεκτ☉, *à*

κατέχω,

κατέχω, *de quo ſuprà dictum est.*

ἀμαθῆ) μανθάνω diſco, ſecundus Aoristus ἔμαθον, *ab inusitato* μαθέω, *hinc* ἀμαθὴς, *Genitivus* ἀμαθέος *primæ declinationis contractorum*, τοῦ ἀμαθέα, *Crasis* ἀμαθῆ, *id est, rudem, neſcium, indoctum. Crebrò verò Genitivum habent ista adjectiva, quæ fiunt ex particulis* α, εὖ, δὺς, *quorum exempla paſſim obvia.*

ἀνθρωπίνων) ἄνθρωπος homo, ἀνθρώπινος humanus.

διδαγμάτων) διδάσκω à διδάχω facit præteritum paſ- *sivum* δεδίδαγμαι, *Verbale* τὸ δίδαγμα, *ut ſuprà*, τοῦ διδάγματος, τῶν διδαγμάτων.

ὑποδέξασθαι) δέχομαι, Futurum δέξομαι, Aoristus *primus* ἐδεξάμην, *Infinitivus* δέξασθαι, *Compositum* ὑποδέξασθαι.

καρδίᾳ) Dativus à Nominativo ἡ καρδία ſecundæ declinationis.

θείας) ὁ θεὸς Deus, inde ὁ θεῖος divinus.

διδασκαλίας Genitivus à Nominativo ἡ διδασκαλία, à διδάσκαλος.

ἐγγινομένας) γίνομαι. Participium ὁ γινόμενος, ἡ γινομένη, τὰς γινομένας. *Compositum* ἐγγινομένας *ab* ἐγγίνομαι *intus generor, innaſcor, quasi dicas intus fio.*

Μα-

διατυπώσεως) à Nominativo τύπος fit verbum τυπόω, *Futurum* τυπώσω, *Præteritum activum* τετύπωκα, *Passivum* τετύπωμαι, τετύπωσαι, *unde verbale* ἡ τύπωσις, *de quo suprà dictum est*, τῆς τυπώσεως, *Crasis* τυπώσεως, *Compositum* διατυπώσεως, *à verbo* διατυπόω.

Ετοιμασία δὲ καρδίας, ἡ ἀπομάθησις τῶν ἐκ πονηρᾶς συνηθείας προκατασχόντων αὐτὴν διδαγμάτων.

Præparatio verò cordis, oblivio ex prava consuetudine ante occupantium ipsum doctrinarum.

Est autem hujusmodi cordis comparatio, cùm eæ doctrinæ dediscuntur, quæ prava consuetudine sedem in ipso occupaverunt.

ἑτοιμασία) ἑτοιμάζω, Futurum ἑτοιμάσω, Præteritum *activum* ἡτοίμακα, *Passivum* ἡτοίμασμαι, σαι, *unde* ἡ ἑτοιμασία *Verbale*.

ἀπομάθησις) μανθάνω tempora sumit à μαθέω, Futurum μαθήσω, *Præteritum activum* μεμάθηκα, *Passivum* μεμάθημαι, μεμάθησαι, *unde* ἡ μάθησις, *inde* ἀπομάθησις, *ab* ἀπομανθάνω.

συνηθείας) συνηθής consuetus ἡ συνήθεια consuetudo, τῆς συνηθείας, *ut suprà in* ἀλήθεια.

προκατασχόντων) ἔχω, secundus Aoristus ἔσχον à Verbo σχέω, *ut suprà Participium* σχών, σχόντος, τῶν σχόντων, *Compositum autem* κατασχὼν *à* κατέχω, *inde* προ-

κατασχών

καταχὼν à προκατέχω, *id est, prius occupo. Præpositio* πρὸς *in Compositis quandoque præcedens tempus indicat, ut apud Latinos præ in verbo præverto, & consimilibus.*

Οὔτε γὰρ ἐν κηρῷ γράψαι δυνατὸν, μὴ καταλεάναντα τοὺς ἐναποκειμένους χαρακτῆρας, οὔτε ψυχῇ δόγματα θεῖα παραθέσθαι, μὴ τὰ ἐκ τοῦ ἔθους προλήψεις αὐτῆς ἐξελόντα.

Neque enim cera ſcribere poſsibile, non delentem insitos characteres, neque animæ placita divina accommodare, non ex conſuetudine anticipatas opiniones ex ea eximentem.

Nam neque in tabulis cereis ſcribere poſsis, niſi prius literas induxeris, quæ antè ſcriptæ fuerunt: neque animæ prius divina placita accommodaris, quam anticipatas opiniones ab ea exemeris.

κηρῷ) Dativus, à Nominativo ὁ κηρὸς, cera tertiæ de- *clinationis.*

γράψαι) γράφω ſcribo, Aoristus primus ἔγραψα, Infi- *nitivus* γράψαι.

δυνατὸν) δύναμαι poſsum, verbum deponens ſe- *cundæ Conjugationis in* μι, *ut* ἵσταμαι, *finge vocem activam* δύνημι, *Futurum* δυνήσω, *Præteritum activum* δεδύνηκα, *Paſsivum* δεδύναμαι, *per* α, *quia ſemper penultima præteriti Paſsivi verborum in* μι, *est brevis, ut ſuprà tertia perſona* δεδύναται), *Verbale* ὁ

δυνα-

δυνατὸς, ἡ δυνατὴ, τὸ δυνατὸν *possibilis, possibile.*

καταλεάναντα) λεαίνω & inde καταλεαίνω deleo, Futurum *λεανῶ, Aoristus primus ἐλέανα, Participium λεάνας λεάναντος, τ̃ λεάναντα. καταλεάναντα. Posuit Budæus hoc loco verbum inducere, cujus usus est propriè, cum de opere tectorio sit sermo, & pro abolere capitur. Suetonius: Amplissimis verbis collaudatum in integrum restituit, inducto priori decreto. Et alio loco: Multa & deleta & inducta & superscripta inerant. Siquidem illito chartis atramento, tanquam delentur, quæ prius scripta fuerant. Vide commentarios Budæi in verbo ἐμπλάττω. Cæterum μὴ καταλεάναντα τὰς χαρακτῆρας vertit, nisi prius literas induxeris. Nam participia significationis præteritæ, cùm non sint Latinis à verbo activo, necesse est, ut utamur verbo præteriti temporis, nisi prius induxeris, vel ubi non induxeris, aut capiamus Participium præteriti passivi, & orationem activam commutemus in passivam, καταλεάναντα τὰς χαρακτῆρας inductis literis, sive deletis characteribus.*

ἐναποκειμένους) κεῖμαι jaceo, de hoc suprà Compositum *ἀπόκειμαι, hinc ἐναπόκειμαι, Participium ὁ ἐναποκείμενος.*

χαρακτῆρας) χαράττω sculpo, imprimo, tertia persona *præteriti passivi κεχάρακται, unde ὁ χαρακτὴρ verbale ut suprà.*

δόγματα) τὸ δόγμα, Verbale à δοκέω, aut potius inusitato themate δόκω, Præteritum paſſivum δέδογμαι, hinc δόγμα, ut ſuprà.

παραθέσθαι) θέσθαι ſecundus Aoriſtus medius, Infinitivi à τίθεμαι, ut ſupra dictum est παρατίθεμαι, παραθέσθαι

ἔθους) τὸ ἔθος, ου ἔθεος, Craſis, ἔθους, ut τείχους.

περιλήψεις) λαμβάνω, Futurum λήψω à λήβω, Præteritum activum λέληφα, Paſſivum λέλημμαι, λέληψαι, verbale ἡ λῆψις, ut ſuprà dictum est, τῆς λήψεως, Accuſativus pluralis τὰς λήψεας, λήψεις per Craſin, ſic περιλήψις, τὰς περιλήψεας, Craſis περιλήψεις, à Compoſito περιλαμβάνω.

ἐξελόντα) ἐξαιρέω eximo, ſimplex αἱρέω, ſecundus Aoriſtus capitur ab ἕλω, & est, εἷλον, Participium ἑλών ἑλόντος, Compoſitum ἐξελὼν ἐξελόντος, Accuſativus τὸν ἐξελόντα.

πρὸς δὴ τοῦτο μέγιστον ὄφελος ἡμῖν ἡ ἐρημία παρέχει κατευνάζουσα ἡμῶν τὰ πάθη, καὶ σχολὴν διδοῦσα τῷ λόγῳ, παντελῶς αὐτὰ τῆς ψυχῆς ἐκτεμεῖν.

At verò hoc maximam utilitatem nobis ſolitudo præbet, conſopiens noſtras perturbationes, & ocium dans rationi, omninò ipſas ex animo elidendi.

Ad id autem aſſequendum ſolitudo grande operæ

pre-

precium affert, utpote quæ perturbationes animi consopire solita sit spaciumque deinde indulgere, vi ratiocinationis ipsas stirpitus ex anima elidendi.

πρὸς ὃ τοῦτο) ad id autem, dictionem assequendum, *explicandi gratia posuit, quomodo solet Cicero usurpare præpositionem ad, ut commodum subaudiatur Gerundium.*

μέγιστον) Superlativus à μέγας, ut suprà.

ὄφελος) utilitas, nomen Neutrum ut τεῖχος.

κατευνάζουσα) εὐνὴ, cubile, εὐνάζω sopio, Compositum κατευνάζω, *Participium* κατευνάζων, ἡ κατευνάζουσα, *utpote quæ consopire solita sit. Sæpius imperfectum reddunt per, solet aut consuevit.*

διδοῦσα) Participium præsens Fæmininum à δίδωμι, *ut suprà.*

ἐκτεμεῖν) τέμνω, secundus Aoristus ἔκτεμον, ut su*prà. Infinitivus* τεμεῖν, *sic* ἐκτέμνω, ἐκτμεῖν.

Ὡς γὰρ τὰ θηρία, εὐκαταγώνιστά ἐστι καταψυχθέντα, οὕτως ἐπιθυμία, καὶ ὀργαὶ, καὶ φόβοι καὶ λῦπαι, τὰ ἰοβόλα τῆς ψυχῆς κακὰ, κατευνασθέντα διὰ τῆς ἡσυχίας καὶ μὴ ἐξαγριαινόμενα τῷ συνεχεῖ ἐρεθισμῷ, εὐκαταγωνιστότερα τῇ δυνάμει τοῦ λόγου γίνεται.

Ut enim feræ faciles superatu sunt permulsæ: sic

concupiſcentia, & iræ, & pavores, & mœrores, venefica animæ mala, conſopita per quietem, & non exaſperata aſsiduo iritamento, ſuperabiliora vi rationis fiunt.

Ut autem feræ bestiæ blanda manu permulſæ, leni certamine ſuperantur: ita libidines, pavores, mærores, animæ venefica mala, conſuetudine conſopita, nec perpetuo irritamento efferata, eluctabiliora deinde vi rationis fiunt.

εὐκαταγώνιστα) ἀγωνίζομαι, tertia perſona præteriti ἠγώνισται, *verbale* ἀγωνιστὸς, *ut ſuprà. Compositum καταγώνιστος ſuperabilis, à* καταγωνίζομαι *vinco, ſupero,* εὐκαταγώνιστος *qui facilè vincitur. Nam* εὖ *in compositis significat facile, proclive. pronum, bonum, vide ſuprà in* δυσκάθεκτοι.

ἐστι) Verbum singulare, jungitur Nominativo plurali *neutrius generis* θηρία, *more attico, ut ſuprà.*

καταψυχθέντα) ψύχω, Futurum ψύξω, Præteritum ἔψυξα, *Paſsivum* ἔψυγμαι, ἔψυξαι, ἔψυκται. *Aoristus primus* ἐψύχθην, *Participium* ὁ ψυχθεὶς, τὸ ψυχθὲν, τοῦ ψυχθέντος, *plurale* τὰ ψυχθέντα, *compositum* καταψυχθέντα *à* καταψύχω.

ὀργαὶ) iræ. Nam hoc est in Budæi versione, nec *eodem ordine recenſet, ut habent Græca, verùm ſcribarum & Typographoruw incuria multa in hujusmodi & omittere ſolet & confundere.*

ἰοβόλα)

ἰοβόλα) ἰὸς venenum, ἰοβόλος venenosus, quasi venena *jaculans*, à βάλλω *jacio: & monuimus suprà in voce* συμβόλαια, *verbalia verbi* βάλλω *efferri, per* ος. ἰοβόλος *ut* ἑκηβόλος *procul jaculans, Apollinis epitheton.*

κατευνασθέντα) εὐνάζω, Futurum, εὐνάσω, Præteritum *activum* εὔνακα, *Passivum* εὔνασμαι, εὔνασαι, *Aoristus primus* εὐνάσθην, *ut suprà. Participium* ὁ εὐνασθεὶς, τὸ εὐνασθὲς, τοῦ εὐνασθέντος, *plurale* τα εὐνασθέντα, *compositum* κατευνασθέντα *à* κατευνάζω *sopio.*

ἐξαγριαινόμενα) ἄγριος felix, agrestis, inde ἀγριαίνω, ἀγριαίνομαι, *Participium* ἀγριαινόμενος, *compositum* ἐξαγριαίνομαι, ἐξαγριαινόμενος, *Neutrum plurale* ἐξαγριαινόμενα *efferata, tamen est præsentis temporis, ut suprà.*

συνεχεῖ) ὁ συνεχὴς primæ declinationis contractorum, τοῦ συνεχέος, τῷ συνεχέϊ, *Crasis* συνεχεῖ.

ἐρεθισμῷ) ὁ ἐρεθισμὸς verbale, ab ἐρεθίζω, factum à *prima persona præteriti passivi, ut suprà.*

δυσκαταγωνιστότερα) Comparativus ab δυσκαταγώνιστος.

δυνάμει) δύναμις, secundæ Declinationis Contractorum, τῆς δυνάμεως, τῇ δυνάμεϊ, Crasis δυνάμει.

γίνεται) tertia persona à γίνομαι fio, est rursum verbum

*singu-*

*singulare, cum Nominativo plurali ἰοβόλα κακὰ, ut ſuprà.*

Ἔστω τοίνυν τὸ χωρίον τοιοῦτον οἷόν περ ἐστὶ καὶ τὸ ἡμέτερον ἐπιμιξίας ἀνθρώπων ἀπηλλαγμένον, ὡς μὴ ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἔξωθεν τὸ συνεχὲς τῆς ἀσκήσεως διακόπτεσθαι, ἄσκησις δὲ εὐσεβείας τὴν ψυχὴν τρέφει τοῖς θείοις διανοήμασι.

Sit igitur locus talis, qualis est & noster, congreſsu hominum liber, ut ne ab ullo externorum aſsiduitas meditationis interpelletur: meditatio autem pietatis animam nutrit divinis cogitationibus.

Est igitur locus aliquis hujuſcemodi, qualis hic noster, ita ab hominum congreſsu liber, ut à nullo extraneorum irrumpente, aſsidua interpelletur meditatio, pietatis enim meditatio animam divinis cogitationibus alit.

Ἔστω) Imperativus ab εἰμὶ ſum, de hoc ſuprà.

οἷόνπερ ἐστὶ) περ adjectio est ſyllabica, ὅσπερ pro ὅς, *sic* οἷόνπερ *pro* οἷόν ἐστι *accentum remittit in Encliticam.*

καὶ τὸ ἡμέτερον) καὶ multis locis tanquam abundat.

ἐπιμιξίας) μίγνυμι miſceo, Futurum μίξω à μίγω. Præteritum *activum* μέμιχα *Paſsivum* μέμιγμαι, μέμιξαι, *sic ab* ἐπιμίγνυμι, *id est, commercium habeo, fit* ἐπιμέμιξαι, *unde nomen verbale* ἐπιμιξία *commercium, ut ſuprà.*

ἀπη-

ἀπηλλαγμένον) ἀλλάττω, Futurum ἀλλάξω, Præteritum *activum* ἤλλαχα, *Passivum* ἤλλαγμαι, *Participium* ἠλλαγμένος, *Compositum* ἀπηλλαγμένος *ab* ἀπαλλάττομαι, *discedo*, *liber sum*, *regit hoc verbum genitivum* ἐπιμιξίας.

ὡς) Infinitivo jungitur, id quod imitatus Horatius, *ut melius quicquid erit pati*, *pro ut patiaris.*

μὴ ὑπὸ μηδενὸς) Attici geminata gaudent negatione. *vide commentarios Budæi.* μηδενος *Genitivus à* μηδεὶς, *ut suprà.*

τοῦ ἔξωθεν) ἔξωθεν externus, adverbium adventu Articulorum *tanquam Adjectivum est*, de quo *suprà.*

τὸ συνεχὲς τῆς ἀσκήσεως) assiduum meditationis, id *est*, *assiduitatem*, *Nunquam non obvia sunt adjectiva neutra*, *substantivè capta*, ὁ καὶ ἡ συνεχὴς, τὸ συνεχές.

ἀσκήσεως) Genitivus à Nominativo ἡ ἄσκησις, secundæ *declinationis contractorum*, *est verbale ab* ἀσκέω *Futurum* ἀσκήσω, *Præteritum activum* ἤσκηκα, *Passivum* ἤσκημαι, ἠσκῆσθαι, *hinc* ἡ ἄσκησις, *ut suprà.*

διακόπτεσθαι) κόπτω, διακόπτω, διακόπτομαι, interturbor, *interpellor*, *infinitivus* διακόπτεσθαι.

εὐσεβείας Genitivus à Nominativo ἡ εὐσέβεια, ab adjectivo εὐσεβὴς, ἐς.

τρέφει

τρέφειν) τρέφω, τρέφεις, τρέφει, nutrio, alo.

διανοημασι) Dativus pluralis à διανόημα, ut ſuprà.

Τί οὖν μακαριώτερον ἢ τὴν ἀγγέλων χορείαν ἐν γῇ μιμεῖσθαι; εὐθὺ μὲν ἀρχομένης ἡμέρας εἰς εὐχὰς ὁρμῶντα, καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς γεραίρειν τὸν κτίσαντα; εἶτα ἡλίου καθαρῶς διαλάμψαντος, ἐπὶ ἔργα τραπόμενον, πανταχοῦ αὐτοῦ τῆς εὐχῆς συμπαρούσης, καὶ τοῖς ὕμνοις ὥσπερ ἅλατι παραρτύειν τὰς ἐργασίας. τὸ γὰρ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται.

Quid igitur beatius angelorum concentum in terra imitari? statim quidem incipiente die in preces exurgentem, & hymnis & canticis venerari creantem? deinde, ſole purè reſplendente, ad opera converſum, ubique ipsi precatione præſente, & hymnis tanquam ſale condire actiones. Nam hilarem & alacrem animæ statum hymnorum cohortationes largiuntur.

Ecquid igitur beatius, quàm hominem in terra concentum Angelorum imitari? ineunte statim die in orationes ire, in hymnis & canticis creatorem venerari? Exinde ſole jam diluceſcente converti ad opera, nusquam sine oratione? denique canticis tanquam ſale condire actiones? Siquidem hilarem alacremque animæ æquabilitatem hymnica cohortamenta conferunt.

μακαριώτερον) Comparativus à μακάριος.

ἀγγέλων χορείαν) ἄγγελος, tertiæ declinationis, ἡ χορεία ſecundæ.

μιμεῖσθαι) μιμέομαι, primæ conjugationis circumflexorum. Infinitivus μιμέεσθαι, Crasis μιμεῖσθαι. Est autem hîc Infinitivus cum casu, sumtus loco nominis Genitivi casus, qui pendeat à comparativo, ideoque adest articulus afficiens hanc orationem μιμεῖσθαι τὴν ἀγγέλων χορείαν, hoc modo: τί μακαριώτερον τοῦ μιμεῖσθαι τὴν ἀγγέλων χορείαν; Quid beatius ipso imitari Angelorum concentum? quid beatius hac re, nempe imitari? & cætera, aut quid beatius, quàm imitari Angelorum concentum?

ἀρχομένης ἡμέρας) tempus ponitur in Genitivo ἄρχομαι, incipio. Participium ἀρχόμενος, ἡ ἀρχομένη, τῆς ἀρχομένης.

εἰς εὐχὰς) in preces, ἡ εὐχὴ, secundæ declinationis, τὰς εὐχάς.

ὁρμῶντα) ὁρμάω, Participium ὁρμάων, Crasis ὁρμῶν τοῦ ὁρμῶντος, τὸν ὁρμῶντα, cujus verbi significatum vide in ὁρμὴν τινα, ut suprà. Interpres infinitivo reddidit ire, cum potuisset relinquere Participium, & dicere euntem.

ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς γεραίρειν) ὁ ὕμνος tertiæ declinationis, Dativus pluralis τοῖς ὕμνοις, ἡ ᾠδὴ secundæ declinationis, Dativus plaralis ταῖς ᾠδαῖς.

γεραίρειν) Infinitivus à γεραίρω.

κτίσαντα) κτίζω creo. Futurum κτίσω, Aoristus primus

*mus* ἔκτισα, *Participium* ὁ κτίσας, τοῦ κτίσαντος, τὸν κτίσαντα, *eum qui creavit, de hoc supra in* τοὺς τέλοντας.

καθαρῶς) ὁ καθαρὸς purus, τοῦ καθαρῶν, & converso ν in σ, *fit Adverbium* καθαρῶς *purè, ut suprà dictum est.*

διαλάμψαντος) λάμπω, Futurum λάμψω, Aoristus *primus* ἔλαμψα, *Participium* ὁ λάμψας, τοῦ λάμψαντος, *Compositum* διαλάμψαντος *à* διαλάμπω. *Cæterùm Genitivi Græcis absolutè ponuntur. ut suprà.*

ἐπ' ἔργα) Apostrophus est, ἐπὶ ἔργα, ut suprà.

τραπόμενον) τρέπω, Aoristus secundus ἔτραπον, *Medius* ἐτραπόμην, *Participium* τραπόμενος.

συμπαρούσης) εἰμὶ sum. Participium ὤν, οὖσα, ὄν. *Compositum* παρὼν, ἡ παροῦσα, τῆς παρούσης, *deinde additur* & *altera præpositio* σὺν, συμπαροῦσα, συμπαρούσης. *Verba verò ipsa sunt* πάρειμι & συμπάρειμι.

ἅλατι) τὸ ἅλας sal, τοῦ ἅλατος, τῷ ἅλατι.

παραρτύειν) ἀρτύω, παραρτύω condio. Sæpe quidem *præpositio nihil addit significationi simplicis, tamen* παρὰ *sic multis locis accipitur, ut significet obiter quid fieri,* & *dum aliud agimus,* παραρτύειν τὰς ἐργασίας τοῖς ὕμνοις, *quasi dicat, dum opus facimus, obiter hymnos decantare.*

ἐργασίας) ἐργάζομαι, Præteritum εἴργασμαι, εἴργασαι,
*unde*

*unde verbale ἡ ἐργασία, ut suprà, Secundæ Declinationis, Accusativus pluralis ἐργασίας.*

ἄλυπον) λύπη dolor, inde Adjectivum ἄλυπος dolore carens, sine tristitia, jucundus.

κατάστημα) statum, habitum. Verbale à καθίστημι, id *est, constituo, de quo suprà dictum est, quod etiam significat componere, pacatum & tranquillum reddere, unde interpres κατάστημα vertit æquabilitatem; simplex est ἵστημι, Futurum στήσω, Præteritum activum ἔστακα pro ἔστηκα, Passivum ἕσταμαι, verbale στῆμα, sic à composito καθίστημι fit κατάστημα per η, quasi deduceretur non à præterito passivo verbi in μι, sed verbi circumflexi στάω, Futurum στήσω, Præteritum activum ἔστηκα, Passivum ἕστημαι, unde τὸ στῆμα, sic à καθιστάω fit καταστῆμα, de istiusmodi vide notata suprà in institutionibus, in verbo ἔχω.*

παρήγορία) ἀγορὰ concio, locus ipse & ipsa oratio, *Quæ hinc deducuntur mutant α in η, κατηγορία, ἀλληγορία, προσηγορία. Sic παρηγορία, Plurale αἱ παρηγορίαι.*

χαρίζονται) tertia pluralis à verbo χαρίζομαι.

Ἡσυχία οὖν ἀρχὴ καθάρσεως τῇ ψυχῇ, μήτε γλώττης λαλούσης τὰ τῶν ἀνθρώπων, μήτε ὀφθαλμῶν ἀλλοίας σωμάτων καὶ συμμετρίας περισκοπούντων, μήτε ἀκοῆς τὸν τόνον τῆς ψυχῆς ἐκλυούσης, ἐν ἀκροάσει μελῶν πρὸς ἡδονὴν πεποιημένων, μήτε ῥήμασιν εὐτραπέλων καὶ γελοιαστῶν ἀνθρώπων, ὃ μάλιστα λύειν τῆς ψυχῆς τὸν τόνον πέφυκε.

Quies ergo principium expiationis animæ, neque lingua loquente res hominum, neque oculis nitidos colores corporum & proportiones circumſpicientibus, neque auditu vigorem animi diſsolvente, in auſcultatione carminum ad voluptatem factorum, neque verbis ſcurrilium & ridiculorum, quòd maximè frangere animi intentionem natum est.

Quietus igitur status animæ expiationis auſpicatus est, cùm nec lingua loquitur quæ ad homines pertinet, nec oculi colorum nitores circumſpiciunt in corporibus, nec concinnè accommodatas membrorum proportiones, cum nec aures animæ intentionem elangueſcere faciunt, auſcultandis ipſæ modulamentis distentæ, ad voluptatem ciendam accommodatis, nec facetorum hominum ridiculis aut ſcurrilibus dictis, quæ res maximè comparata est frangendæ animi intentioni.

ἀρχὴ) principium & origo, nam verbum ἄρχειν etiam *significat originem eſse & autorem.*

καθάρσεως) ἡ κάθαρσις verbale, à ſecunda perſona *præteriti paſsivi* κεκάθαρσαι, *ut ſuprà*, *à* καθαίρω *purgo.*

λαλούσης) λαλέω loquor, Participium λαλῶν, ἡ λαλοῦσα.

τὰ τῶν ἀνθρώπων) res hominum, aut ea quæ ad homines *pertinent. In articulo enim neutro dum jungitur Genitivo, ſubaudiendum est, id quod maximè conve-*

*convenit*, τὰ τῶν φίλων κοινὰ, *res amicorum sunt communes, aut bona amicorum sive facultates eorum, aut quæcunque ad ipsos pertinent.*

εὐχροίας) χροία color, εὔχροια bonus color, secundæ *declinationis*,

σωμάτων) τὸ σῶμα, τοῦ σώματος, τῶν σωμάτων.

συμμετρίας) μέτρον mensura, modus, mediocritas, *inde* ἡ συμμετρία *secundæ declinationis*, *symmetria*, *proportio*.

περισκοπούντων) σκοπέω, Participium σκοπέων, τοῦ σκοπέοντος, *Crasis* σκοποῦντος, τῶν σκοπούντων. *inde* περισκοπούντων à περισκοπέω.

ἀκοῆς) ἀκούω audio, secundus Aoristus esset, ἤκοον, *inde nomen verbale* ἡ ἀκοὴ, τῆς ἀκοῆς, *per* σ *penultimam*.

τόνον) τείνω tendo, inde ὁ τόνος sonus, contentio, *vigor*.

ἐκλυούσης) λύω, ἐκλύω, Participium ἐκλύων, ἡ ἐκλύουσα, τῆς ἐκλυούσης. *est autem* ἐκλύω *dissolvo*, & *viribus destituo*, *pro quo interpres*, *facio elanguescere*.

ἀκροάσεως) ἀκροάομαι audio, Verbale ἡ ἀκρόασις, fa*ctum à secunda persona præteriti passivi, ut suprà*. τῆς ἀκροάσεως, *secundæ declinationis Contractorum*. *Da-*

*tivus*

*tivus* τῇ ἀκροάσεϊ, *Crasis* ἀκροάσει.

μελῶν) τὸ μέλος Carmina, Canticum, τοῦ μέλεος, τῶν μελέων, *Crasis* μελῶν, *primæ declinationis contractorum.*

πεποιημένων) à ποιέω facio, Pafsivum ποιέομαι, Præteritum πεποίημαι, *Participium* πεποιημένος.

ῥήμασιν) ῥέω inusitatum verbum, id est, dico. *Futurum* ῥήσω, *Præteritum activum* ἔρρηκα, *Pafsivum* ἐῤῥημαι. *Verbale* τὸ ῥῆμα, τοῦ ῥήματος, τῷ ῥήματι, *Dativus pluralis* τοῖς ῥήμασι, *additur* ν *ob vocalem sequentem* ῥήμασιν εὐτραπέλων, *ut fuprà.*

εὐτραπέλων) τρέπω, verto, unde τραπελὸς mutabilis, *per* α. *ut fuprà. Siquidem fecundus Aoristus effertur per illam vocalem* ἔτραπον, *hinc* εὐτράπελος *comis, facetus, quam vocem Basilius in malam partem accipit, fecutus Apostolum Paulum in Epistola ad Ephesios, capite quinto, ubi fumit* εὐτραπελίαν *pro fcurilitate, quæ Christianos non deceat.*

γελοιαστῶν) γελοιάζω rifum moveo, tertia perfona *præteriti pafsivi* γεγελοίασται *Verbale*, ὁ γελοιαστὴς, *ut fuprà*, τοῦ γελοιαστοῦ, *primæ declinationis, Genitivus pluralis* τῶν γελοιαστῶν.

ὃ quod, sive quæ res, nempe fcurrilia dicta, est *articulus fubjunctivus neutrius generis.*

μάλιστα) maximè, ſuperlativus adverbialis.

λύειν) λύω ſolvo, Infinitivus λύειν ſolvere.

πέφυκε) φύω, Futurum φύσω, Præteritum πέφυκα, πέφυκας, πέφυκε, *id est, natura comparatum est, sive natum est, quemadmodum dixit Ovidius: At rubus & ſentes tantùmmodò lædere natæ, id est, quæ ex naturæ pronitate & aptitudine ſolent lædere.*

Νοῦς μὲν γὰρ μὴ σκεδαννύμενος ἐπὶ τὰ ἔξω, μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητηρίων ἐπὶ τὸν κόσμον διαχεόμενος, ἐπάνεισι μὲν πρὸς ἑαυτὸν, διʼ ἑαυτοῦ δὲ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ ἔννοιαν ἀναβαίνει.

Mens quidem enim non diſperſa ad externa, neque à ſenſoriis in mundum diffuſa, redit quidem ad ſeipſam, per ſeipſam verò ad Dei notionem aſcendit.

Quippe mens nec extrorſus diſsipata, nec in mundum per ſenſoria diffuſa, ad ſeſe ipſa redit, moxque ſuopte nutu ad Dei notionem evadit.

μὲν γὰρ) vertes aptiſsimè, siquidem, nos ruditati conſulentes *diximus, quidem enim.*

σκεδαννύμενος) Participium à σκεδάννυμαι.

ἐπὶ τὰ ἄξω) ad ea quæ foris ſunt, est articulus junctus *Adverbio, ut prius* τὰ ἄνω, τὰ κάτω.

αἰσθητηρίων) αἰσθάνομαι ſentio, tempora capit ab

αι

αἰσθέομαι, *de quo ſuprà dictum est, finge vocem activam* αἰσθέω, *Futurum* αἰσθήσω, *Præteritum activum* ᾔσθημαι, ᾔσθησαι, ᾔσθηται, *unde ablato incremento, hoc est, redeunte* η *in* αι, *& ultimam vertendo in* τήριον, *fit nomen verbale, ut ſuprà.* τὸ αἰσθητήριον, τὰ αἰσθητήρια *ſenſoria & ſedes ſenſuum.*

διαχεόμενος) Participium à διαχέομαι, à διαχέω, à χέω.

ἐπάνεισι) εἶμι, εἶς, εἶσι, Eo, is, it, ut ſuprà ἄνειμι. *compoſitum, deinde,* ἐπάνειμι, ἐπάνεις, ἐπάνεισι *duæ ſunt præpoſitiones.*

δι᾽ ἑαυτῆς) διὰ ἑαυτῆς, Apoſtrophos eſt.

ἔννοιαν) νοέω intelligo νόος mens.

*Hinc multa fiunt Subſtantiva præſidio præpoſitionum, quorum omnium penultima eſt diphtongus* οι, ἐπίνοια, πρόνοια, ἀπόνοια, *ſic* ἔννοια *notio, ab* ἐννοέω *conſidero, intelligo.*

ἀναβαίνει) βαίνω eo, vado, ἀναβαίνω aſcendo, evado.

Κἀκεῖνος τῷ κάλλει περιλαμπόμενός τε καὶ ἐλλαμπόμενος, καὶ αὐτῆς φύσεως, λήθην λαμβάνει, μήτε πρὸς τροφῆς φροντίδα, μήτε πρὸς περιβολαίων μέριμναν τὴν ψυχὴν καθελκόμενος.

Et illo decore circumluſtrataque & illuſtrata, etiam ipſius naturæ oblivionem capit, neque ad cibi cu-

ram, neque vestimentorum ſollicitudinem animum detrahens.

Quo fit ut illo decore illustratus undique intellectus, atque ſupernè illuminatus, naturæ quoque ipsius oblivione capiatur, nec ad cibi jam curam demittat animam, nec ad amictus anxietatem.

κἀκείνῳ) Crasis pro καὶ ἐκείνῳ, *ut ſuprà.*

κάλλει) Crasis à Dativo κάλλεϊ. Nominativus τὸ κάλλος, ἐκ κάλλεος *primæ declinationis contractorum.*

περιλαμπόμενός τε καὶ ἐλλαμπόμενος) Harum particu*larum est ordo, ut* τε *præcedat,* καὶ *ſequatur, apud Latinos autem in proſa Conjunctio, Que ſecundum obtinet locum, at in carmine, Græcorum more, Que præcedere potest. Molemque & montes inſuper altos impoſuit. Est autem particula* τε *ex Encliticis, & accentum remittit, ut ſuprà.*

περιλαμπόμενος) Participium à περιλάμπομαι à περιλάμπω, *id est, undique illustro, ſplendore & lumine circumfundo & collustro, ſimplex est* λάμπω.

ἐλλαμπόμενος) Participium ab ἐλλάμπομαι, id est, *divinitùs doceor & illuminor, à præpoſitione* ἐν *&* λάμπομαι, *ſed migrat* ν *in* λ, *propter* λ *ſequens, ut ſuprà in* συῤῥεγνυσθαι.

φύσεως) φύω, ſecunda perſona præteriti paſsivi πέ-

φυσαι, unde verbale ἡ φύσις, ut ſuprà, τῆς φύσεως, ſecundæ declinationis.

λήθην) ἡ λήθη ſecundæ declinationis, oblivio, lethe, à λήθω, lateo pro quo tamen uſurpatum est λανθάνω.

λαμβάνει) accipit à λαμβάνω.

τροφῆς) τρέφω nutrio, τέτροφα, τροφὴ eſca, cibus, ſecundæ declinationis.

περιβολαίων) βάλλω, inde περιβάλλω induo, περιβολὴ vestis, τὸ περιβόλαιον idem tertiæ declinationis, de hoc vide ſuprà in συμβόλαια.

μέριμναν) Accuſativus est ab ἡ μέριμνα, ſecundæ declinationis.

καθελκόμενος) ἕλκω, traho, καθέλκω deorſum traho, traho, à κατὰ præpositione, paſsivum καθέλκομαι, Participium καθελκόμενος, estque Paſsivorum more dictum καθελκόμενος τὴν ψυχὴν, detractus animum, per Synecdochen, idest, habens animam detractam, ut fractus membra, ut ſuprà. Aut verbum paſsivum capitur activè καθελκόμενος detrahens & demittens, id quod Atticis creberrimum est.

Ἀλλὰ σχολὴν ἀπὸ τῶν γηΐνων φροντίδων ἄγων, τὴν πᾶσαν αὐτοῦ σπουδὴν ἐπὶ κτῆσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν μετατίθησι, πῶς μὲν κατορθωθῇ αὐτῷ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία, πῶς δὲ δικαιοσύνη καὶ ἡ φρόνησις, καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ,

ὅσαι

ὅσαι ταῖς γυναιξὶ ταύταις ὑποδιαιρούμεναι καθηκόντως ἕκαστα ἐπιτελεῖν τῶν κατὰ τὸν βίον ὑποβάλλουσι τῷ σπουδαίῳ.

Sed otium à terrenis curis agens, omne ſuum studium ad acquisitionem æternorum bonorum traducit, quomodo quidem rectè præstetur ipsi temperantia & fortitudo, quomodo verò justitia & prudentia & reliquæ virtutes, quotquot ſub generales has distributæ, decenter singula exequi in vita admonent studioſum.

Quippe qui à terrenarum rerum cura immunis & feriatus omne ſuum studium ad ea bona traducat, quæ magno certamine quæruntur. Id enim aſsequi conatur, quò numeros omnes fortitudinis temperantiæque impleat, quò justitiam, prudentiam, cæterasque virtutes abſolutè excolat, aliasque inſuper, quæ ſub hæc genera distributæ, virum studioſum commonefaciunt, ut cuncta officiosè exequatur, ad vitam rectè atque ordine instituendam.

γηΐνων) γῆ terra, ὁ γήϊνος terraneus.

ἄγων) Participium ab ἄγω, at ἀγὼν nomen, idest, *certamen.*

πᾶσαν) ὁ πᾶς, ἡ πᾶσα, Accuſativus τὴν πᾶσαν.

κτῆσιν) κτάομαι acquiro, Futurum κτήσομαι, Præteritum *κέκτημαι, κεκτησαι, verbale ἡ κτῆσις, ut ſuprà. Secundæ declinationis contractorum.*

αἰωνίων ἀγαθῶν) hanc lectionem ſecuti, vertimus æternorum bonorum. Budæus Aldino uſus exemplari ἀγωνίων ἀγαθῶν, *interpretatus est, bona quæ magno certamine quæruntur. Ab* ἀγὼν, *idest, certamen, fit* ἀγώνιος, *quasi dicas, in certamine positus, & de quo certatur.*

μεταπίθησι) πίθημι, πίθης, πίθησι, ut ſuprà, compositum μεταπίθημι, *muto, transfero, traduco.*

κατορθωθῇ) ὀρθὸς rectus, ὀρθόω dirigo, erigo. *Sunt verò plurima verba tertiæ conjugationis Circumflexorum, quæ formantur à Nominibus in* ος, δίκαιος δικαιόω, κακος, κακόω, ἄργυρος, ἀργυρόω, *&c. Sic* ὀρθὸς ὀρθόω, *unde* κατορθόω, *Futurum* ὀρθώσω, *Præteritum activum* ὤρθωκα, *Paſsivum* ὤρθωμαί, ὤρθωται. *Aoristus primus* ὠρθώθην, *Subjunctivus* ἐὰν ὀρθωθῶ, ὀρθωθῇς, ὀρθωθῇ. *Compositum* κατορθωθῇ *à verbo* κατορθόω, *idest, rectè & cum virtute aliquid gero, à quo verbale* κατόρθωμα, *officium, res benè gesta, & cum virtute.*

κατορθωθῇ αὐτοῦ) rectè geratur ipsi, id est, ab ipſo. *Græci paſsivis tribuunt Dativum qui exponitur per Genitivum intercedente præpositione* ὑπὸ, *ut* πεποίηταί μοι τοῦτο, *pro* ὑπὸ ἐμοῦ. *sic Cicero: etsi mihi nullo modo probantur, id est, à me. Et ita in reliquis, quæ apud Latinos Græcorum imitatione dicta ſunt. Interpres vim hujus verbi* κατορθωθῇ *reddidit verſa oratione paſsiva in activam, numeros omnes impleat, pro numeris omnibus impleatur, & abſolutè præstetur.*

σωφρα-

σωφροσύνη) Ab adjectivi nominis casu in ος; sive *Nominativo, sive Genitivo proficiscuntur, Substantiva in* ύνη, δίκαιος *justus,* δικαιοσύνη *justitia, sed quoties deducuntur à communibus in* ων, *quorum Genitivus in* ονος, *duæ tolluntur literæ* ο *&* ν *per Syncopen,* ὁ καὶ ἡ ἐλεήμων *misericors,* τοῦ καὶ τῆς ἐλεήμονος, *unde* ἡ ἐλεημοσύνη *misericordia, eleemosyna, pro* ἐλεημονοσύνη, *sic* σώφρων *temperans,* τοῦ σώφρονος, σωφροσύνη *pro* σωφρονοσύνη. *&c.*

ἀνδρία) ἀνὴρ vir, Genitivus ἀνδρὸς, ut suprà, hinc ἀνδρία, *ut ab* ἄπειρος *fit* ἀπειρία, *ut suprà in voce* πρὸς σωτηρίαν.

φρόνησι) φρονέω, φρονήσω, πεφρόνηκα, verbale, ut suprà.

λοιπαὶ) λείπω linquo, λέλοιπα, λοιπός reliquus.

γενικαῖς) γένος genus, ὁ γενικὸς generalis.

ἀποδιαιρούμεναι) αἱρέω, διαιρέω divido, separo, διαιρέομαι, *Participium* διαιρεόμενος, *Crasis* διαιρούμενος, *à præpositione* διὰ, *deinde præfigitur* ἀπὸ *altera præpositio* ἀποδιαιρέω, *Participium passivum præsentis temporis* ἀποδιαιρούμενος, *quod hic ponitur cum Dativo* ταῖς γενικαῖς ταύταις, *propter præpositionem* ἀπὸ; *Exemplaria non Participium habebant* ἀποδιαιρούμεναι, *sed verbum* ἀποδιαιροῦνται, *id quod non perinde quadrat, ideoque reposuimus Participium, maximè freti Budæi versione, qui Participio usus est distributæ, non autem verbo distribuuntur.*

καθη-

καθηκόντως) ἥκω inde καθήκω & καθήκει decet, convenit, & καθῆκον, *Participium neutrius generis, id est, officium quod convenit, τοῦ καθήκοντος, τῶν καθηκόντων, & ν in σ converso, ut suprà, Adverbium* καθηκόντως *officiosè, ut decet.*

ἐπιτελεῖν) τελέω, ἐπιτελέω exequor, perago, Infinitivus ἐπιτελέειν, *Crasis* ἐπιτελεῖν.

τῶν μετὰ τὸν βίον) eorum quæ ad vitam pertinent, quæ *in vita gerenda sunt. Verum antea satis dictum est de articulo, qui afficit præpositionem cum casu.*

ὑποβάλλουσι) βάλλω, ὑποβάλλω, suggero, admoneo.

Μεγίστη ἡ ὁδὸς πρὸς τὴν τοῦ καθήκοντος εὕρεσιν, καὶ ἡ μελέτη τῶν θεοπνεύστων γραφῶν.

Maxima porrò via ad officii inventionem, & meditatio divinitùs inspiratarum scripturarum.

Maxima porrò viarum ad veri investigationem ferentium, meditatio est scripturarum divinitùs inspiratarum.

μεγίστη) μέγας magnus, μέγιστος maximus, ut suprà,

καθήκοντος) τὸ καθῆκον officium, paulò antè diximus.

εὕρεσιν) εὑρίσκω invenio. Tempora capit ab εὑρέω, *Futurum* εὑρήσω, *Præteritum activum* εὕρηκα *Passivum*

vum δέρημαι, δέρησαι, unde esset verbale ἡ δέρησις per η ut à ποιέω, πεποίησαι, ποίησις, scribitur tamen δέρεσις per ε, tanquam à præterito passivo verborum in μι, cujus penultima semper est brevis, ut suprà, finge verbum in μι, δέρημι, Præteritum passivum δέρεμαι δέρεσαι, unde ἡ δέρεσις, vide hoc suprà in verbo ἔχω. Quanquam & alioqui in verbalibus istis non perpetuò penultima vocalis est eadem, quæ in verbis: à σπείρω, Præteritum passivum est ἔσπαρμαι per α, tamen verbale scribitur per ε, τὸ σπέρμα, non autem σπάρμα.

θεοπνεύστων) πνέω, Futurum πνεύσω, ut suprà. Præteritum activum πέπνευκα, Passivum πέπνευμαι, unde τὸ πνεῦμα, tertia persona πέπνευσαι, hinc πνευστὸς, à quo θεόπνευστος à Deo inspiratus, qua voce Paulus utitur Epistola posteriore ad Timotheum cap: 3. πᾶσα, inquiens, γραφὴ θεόπνευστος, omnis scriptura divinitus inspirata. Licet autem verbalia illa in τος facta ex tertia persona syllabam ultimam acuant, tamen quoties advenit compositio ex nomine aut particulis α, εὖ, δυς, & consimilibus, solet accentus retrahi in antepenultimam, ληπτὸς, θεόληπτος. δαμαστὸς, ἀδάμαστος γνωστὸς, εὔγνωστος, κινητὸς, δυσκίνητος. Sic diceretur πνευστὸς non πνευστος, tamen θεόπνευστος non θεοπνευστός. Quod autem scribimus πνεῦμα sine σ, & θεόπνευστος per σ, id pendet ex autorum usu. Nam quemadmodum in sexta conjugatione Præteritum passivum partim asciscit σ ante μαι, partim non asciscit, ut suprà, ita observandum est, quid apud Autores obtineat, qui ejusdem quoque verbi unam personam effe-

*efferunt per σ, & similiter illinc deducta verbalia, cùm contrà cæterarum personarum verbalia sine σ formentur, de quibus in universum non est præcipiendum, nisi ut scriptorum vestigiis insistamus, unde Grammaticorum Canones profecti sunt, ita & quicquid à legitima ratione videtur deflectere, illorum autoritate & usu nititur.*

γραφῶν) ἡ γραφὴ scriptura, à verbo γράφω scribo.

ἐν ταύταις γὰρ καὶ αἱ τῶν πράξεων ὑποθῆκαι εὑρίσκονται, καὶ οἱ βίοι τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀνάγραπτοι, παραδεδομένοι, οἷον εἰκόνες τινὲς ἔμψυχοι τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας, τῷ μιμήματι τῶν ἀγαθῶν ἔργων πρόκεινται.

In his enim & actionum præcepta reperiuntur & vitæ beatorum virorum præscriptæ, traditæ tanquam imagines quædam animæ secundùm Deum conversationis, imitationi bonorum operum proponuntur.

Quandoquidem in his cùm rerum agendarum præcepta reperiuntur, tum beatorum hominum vitæ memoriæ proditæ ac perscriptæ, tanquam simulacra quædam animata proposita sunt vitæ, ad normam divinam institutæ, iis quidem qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt.

ταύταις) Dativus pluralis Fæminini demonstrativi αὕτη, *ut supra.*

πράξεων) πράττω, πράξω, πέπραχα, πέπραγμαι, πέπραξαι,

πρᾶξαι, *verbale* ἡ πρᾶξις, *ut ſuprà* τῆς πράξεως, τῶν πράξεων.

ὑποθῆκαι) ὑποτίθεμαι admoneo, do conſilium, ὑποθήκη *conſilium, præceptum. Et quemadmodum à ſimplici* τίθημι *vel* τίθεμαι *dicitur* θήκη, *ſic & à compoſitis ejusdem formæ nomina* ἀποθήκη, ἐπιθήκη, ὑποθήκη.

ἀνδρῶν) Genitivus pluralis, ab ἀνὴρ, τοῦ ἀνδρὸς. ἀνάγραπτοι) γράφω ſcribo, ἀναγράφω in acta *refero, perſcribo, literis prodo, publico per ſcripturam. Futurum* γράψω, *Præteritum activum* γέγραφα. *Paſsivum* γέγραμμαι, γέγραψαι, γέγραπται. *Verbale* γραπτὸς, *ut ſuprà. Compoſitum* ἀνάγραπτος *accentu in antepenultimam retracto. vide quæ notavimus ſuprà in voce* θεοπνεύστων.

παραδεδομένοι) δίδωμι. Præteritum paſsivum δέδομαι, *ut ſuprà. Participium* δεδομένος, *Compoſitum* παραδεδομένος *à* παραδίδωμι.

οἷον) οἷος qualis, Neutrum οἷον adverbiaſcit, id *est, qualiter, velut, tanquam, ut ſuprà in* πυκνά.

εἰκόνες τινὲς ἔμψυχοι) ἡ εἰκων, τῆς εἰκόνος, αἱ εἰκόνες. *Adjectivum* ἔμψυχοι *communis generis, ut ſuprà.*

ἔμψυχοι) ψυχὴ animus, anima, ἔμψυχος animatus *ex præpoſitione* ἐν, *ut ſuprà in* ἔνοικα πάθη.

τῆς μετὰ θεὸν πολιτείας) vitæ ad normam divinam in-

*stitutæ, sic interpres habet, expressa vi articuli per Participium, de hoc suprà* τὸν μεθ' ἡμῶν βίον.

πολιτείας) πόλις civitas, πολίτης civis, πολιτεύομαι *in republica vivo,* πολιτεία *res publica, & vitæ ratio, sive vivendi institutum, genus traducendæ vitæ.*

μιμήματι) μιμέομαι imitor, Præteritum μεμίμημαι, *verbale nomen* τὸ μίμημα *imitatio, ut suprà,* τοῦ μιμήματος, τῷ μιμήματι, *id est, imitationi, quasi dicat: ad imitationem & ad imitandum proponuntur. Ita quidem habent exemplaria, non tamen videtur alienum, si legas* τῷ μιμητῇ, *id est, imitatori, ad quam lectionem valdè accedit versio Budæi: iis quidem, inquit, qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt, nisi quòd numerum mutavit. Est autem* μιμητῇ *à Nominativo* ὁ μιμητὴς *primæ declinationis, Verbale factum à tertia persona Præteriti passivi* μεμίμηται, *ut suprà.*

προκεῖνται) κεῖμαι, ut ſuprà, tertiæ perſonæ pluralis κεῖνται, *Compositum* προκεῖνται *à* πρόκειμαι.

, καὶ τοίνυν περὶ ὅπερ ἂν ἕκαστος ἐνδεῶς ἔχοντος ἑαυτοῦ αἰσθάνηται, ἐκείνῳ προσδιατρίβων, οἷον ἀπό τινος κοινοῦ ἰατρείου, πρόσφορον εὑρίσκει τῷ ἀῤῥωστήματι φάρμακον.

Et igitur in quocunque unusquisque indigenter habentem ſeipſum ſenſerit, illi immorans, tanquam ab aliqua communi officina medicinæ, aptum invenit infirmitati pharmacum.

Proin-

Proinde in qua re quisque nostrûm senserit, se eo, quod oportet, defici, in illo asiduè incumbens, tanquam ab officina quadam medicinæ appositum suæ infirmitati medicamentum invenire poterit.

ἐνδεῶς) δέομαι indigeo, ἐνδεὴς indigens, ȣ ἐνδεέος, τῶν ἐνδεέων & *per Crasin*, ἐνδεῶν, *à quo Adverbium, migrante ν in σ, ut suprà* ἐνδεῶς *indigenter, si ita loqui liceat.*

ἐνδεῶς ἔχοντος) plurimus usus est verbi ἔχω cum *Adverbiis*, καλῶς ἔχω *bene habeo*, κακῶς, ἔχω *malè valeo, sic hoc loco* ἐνδεῶς ἔχω *indigenter habeo, id est, indigeo: est autem* ἔχοντος *Genitivus Participii præsentis* ἔχων.

αἰσθάνηται) Subjunctivus ut τύπτηται ab αἰσθάνομαι, *sentio. Ponuntur autem verba sentiendi cum Genitivis, ut suprà* αἰσθάνηται ἑαυτȣ ἐνδεῶς ἔχοντος, *sentiat, seipsum indigenter habentem, hoc est, sentiat se indigere & defici.*

προσδιατρίβων) τρίβω, διατρίβω, προσδιατρίβω, im*moror, versor cum aliquo, regit Dativum propter Propositionem* πρὸς, *ut suprà, inde Participium,* προσδιατρίβων.

ἰατρεῖȣ) ἰάομαι, medeor, Futurum ἰάσομαι, Præte*ritum* ἴαμαι, ἴασαι, ἴαται, *unde* ἴατρον, *ut suprà, præmium medici, &* τὸ ἰατρεῖον, *officina medicorum,* ȣ ἰατρεῖȣ.

προσφορον) φέρω, προσφέρω affero, πρόσφορος, qui *apte & commode affertur, adhibetur, id est, aptus, appositus.*

ἀῤῥωστήματι) ῥώννυμι, ut supra, valeo & sanus sum. *Tempora sumuntur à ῥόω, Futurum ῥώσω, Præteritum activum ἔῤῥωκα, Passivum ἔῤῥωμαι, ἔῤῥωσαι, ἔῤῥωται. Verbale ῥωτὸς, & adjectione literæ σ, est ῥωστὸς, deinde per α privativam particulam ἄῤῥωστος, infirmus, per geminum ῥῥ, nam & ratione augmenti geminatur ρρ, ῥίπτω, ἔῤῥιπτον, ut suprà dictum est, & ratione præpositionis ῥέω, ἀποῤῥέω, de hoc suprà: Sic etiam adventu privativæ particulæ, ῥητὸς, ἄῤῥητος, & hoc loco ῥωστὸς, ἄῤῥωστος; ab ἄῤῥωστος fit verbum ἀῤῥωστέω sum infirmus, Futurum ἀῤῥωστήσω, Præteritum activum ἠῤῥώστηκα, Passivum ἠῤῥώστημαι, unde ablato incremento fit Verbale τὸ ἀῤῥώστημα, ut suprà, τοῦ ἀῤῥωστήματος, τῷ ἀῤῥωστήματι, id est, infirmitati.*

καὶ ὁ μὲν ἐραστὴς τῆς σωφροσύνης, τὴν περὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἱστορίαν συνεχῶς ἀνελίσσει, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς σωφρονικὰς ἐκδιδάσκεται πράξεις, εὑρίσκων αὐτὸν οὐ μόνον ἐγκρατῶς πρὸς ἡδονὰς ἔχοντα, ἀλλὰ καὶ ἑκτικῶς πρὸς ἀρετὴν διακείμενον.

Et quidem amator temperantiæ, de Josepho historiam assiduè evolvit, & ab eo temperantiæ plenas perdocetur actiones, reperiens ipsum non solùm temperanter erga voluptates affectum esse, verùm etiam habitualiter ad virtutem dispositum.

Ac temperantiæ quidem homo cupidus, historiam Jose-

Josephi aſsidua lectione evolvat, ab ea enim edidicerit actiones temperantiæ plenas, cùm compererit eum ad habitum virtutis provectum eſse, nedum voluptariis in rebus continentia præditum.

ἐραϛὴς) ἐράω amo, ἐράσω, ἤρακα, ἤραμαι, ἤρασαι, ἤρασαι, *unde nomen verbale* ὁ ἐραϛὴς, *ut ſuprà.*

ἀνελίοσει) ἑλιοσω, ἀνελίοσω, ſuſpicor Baſilium ſcripsiſſe *ſubjunctivum* ἀνελίοσῃ, *idque ſecutum eſſe Budæum, quippe qui vertat, evolvat, non evolvit.*

παρ' ἀυτȣ) παρὰ ἀυτȣ Apostrophos est.

σωφρονικάς) σώφρων, Genitivus σώφρονος, inde ὁ σωφρονικὸς, *ad temperantiam pertinens,* ἡ σωφρονικὴ, τάς σωφρονικάς.

'κδιδάσκει) διδάσκω, 'κδιδάσκω, Paſsivum 'κδιδάσκομαι, *unum regit accuſativum, tanquam Paſſivum eorum verborum, quæ Grammatici vocant vehementiſsimæ transitionis.*

πράξεις) ἡ πρᾶξις, τῆς πράξεως, Accuſativus pluralis τὰς πράξεας, πράξεις. *Verbale est à* πράττω, πράξω, πέπραχα, πέπραγμαι, πέπραξαι, *inde* ἡ πρᾶξις *ſecundæ declinationis contractorum, ut ſuprà.*

ἐγκρατῶς) κρατέω teneo, compoſitum ex ἐν præpoſitione ἐγκρατέω, *quia* ν *ante* κ *vertitur in* γ, *ut ſuprà. Inde nomen adjectivum* ἐγκρατὴς *primæ declinatio-*

*nationis contractorum, id est, continens. Genitivus* ἐγκράτεως, τῶ ἐγκρατέων, *Crasis* ἐγκρατῶ. *Adverbium* ἐγκρατῶς *continenter, converso* ν *in* σ, *ut suprà, quod Adverbium ponitur cum* ἔχω, ἐγκρατῶς ἔχω πρὸς ἡδονας, *continenter habeo in voluptate, hoc est, continens sum, aut, ut uertit Interpres, continentia præditus sum in rebus voluptariis, vide de hoc suprà in* ἐνδεῶς ἔχοντος.

ἑκτικῶς) ἔχω habeo, Futurum ἕξω per aſpirationem, *ut suprà, Præteritum activum* ἔσχα, *Passivum* ἔσγμαι, ἕξαι, *unde verbale* ἕξις, *ut suprà, habitus & assuefactio, tertia persona* ἕκται, *unde verbale foret* ἑκτὸς, *à quo derivativum* ἑκτικὸς, *id est, si dicere licet, habitualis* τῶ ἑκτικῶν, *&* ν *in* σ *converso, Adverbium* ἑκτικῶς *habitualiter,*

ἑκτικῶς πρὸς ἀρετὴν διακείμενον) κεῖμαι, ut ſuprà. *Compositum* διάκειμαι *disponor, affectus sum, quod verbum eleganter adverbiis jungitur:* ἑκτικῶς διάκειμαι, *habitualiter affectus sum, pro quo interpres, ad habitum virtutis provectum esse, à* διακειμαι, *Participium* διακείμενος, *Accusativus* τὸν διακείμενον.

Ἀνδρίαν ὃ παιδεύεται παρὰ τῶ Ἰωβ, ὃς ἐ μόνον πρὸς τὰ ἐναντία τῶ βίε μεταπεσόντος αὐτῷ, πένης ἐκ πλεσίε, καὶ ἄπαις ἀπὸ καλλίπαιδος, ἐν μιᾶ καιρῶ ῥοπῆ γενόμενος, διέμεινεν ὁ αὐτὸς, ἀταπείνωτον πανταχοῦ τὸ γὰρ ψυχῆς Φρόνημα διασώζων, ἀλλ' ἔτε τῶν Φίλων τῶν εἰς παραμυθίαν ἡκόντων, ἐπεμβαινόντων αὐτῷ, καὶ συνεπιτείνόντων τὰ ἄλγενα, παρωξύνθη.

Forti-

Fortitudinem verò eruditur ab Job, qui non tantûm in contraria, vitâ cedente ipsi, pauper ex divite, & orbus ex pulcræ prolis parente in uno temporis momento factus, permansit idem, minimè humiles ubique animi ſpiritus retinens, ſed neque amicis ad conſolationem venientibus, inſultantibus ipsi, & simul augentibus ærumnas, irritatus est.

At verò in fortitudine instituetur Lector ex historia Jobi, qui vita in contrarium ipsi cedente ac prorſus immutata, egens ex beato, orbus ex pulcræ prolis parente, unius dieculæ momento factus, non idem modo ſuique simillimus mansit, celſos animi ſpiritus ad extremum uſque retinens, ſed nec amicis quidem ejus, qui ad conſolandum eum venerant, tandem ipsi inſultantibus, dolores ejus exacerbando iracunde irritatus est.

*παιδεύεται*) *παῖς*, Genitivus *παιδὸς*, inde Verbum *παιδεύω* *erudio, instituo: Paſsivum* *παιδεύομαι*, *hìc ponitur cum Accuſativo, ut antè dictum est in* ἐκδιδάσκει).

*μεταπεσόντος*) *πίπτω* cado ſecundus Aoristus, *ἔπεσον*, *ut ſuprà, Participium* *πεσὼν*, *πεσόντος*, *Compositum* *μεταπίπτω*, *μεταπεσών*, *μεταπεσόντος*. *Est autem* *μεταπίπτειν*, *in deteriorem partem mutari, & ad aliam vitæ conditionem transire, id quod expertus est Job, e divite redactus ad inopiam.*

*καλλίπαιδος*) *κάλλος* pulcritudo, *καλλίπαις* pulcræ *prolis parens,* ȣ̃ *καλλίπαιδος*. *Nam fermè composita*

*ta retinent declinationem simplicium. Et licet dicamus* Φιλόπαις *per* ο, *tamen* καλλίπαις *per jota, & ut reliqua quæ fiunt à* κάλλος, *veluti* καλλίνικος, καλλίπυργος, *&c.*

ῥοπῇ) ῥέπω inclino, vergo, ῥοπὴ momentum.

γενόμενος) Participium secundi Aoristi medii ἐγενόμην, *à verbo* γίνομαι, *ut suprà.*

διέμεινεν) μένω, Futurum μενῶ, Aoristus primus ἔμεινα, ἔμεινας, ἔμεινε. Διαμένω, διέμεινε, *& ob sequentem vocalem additur* ν, διέμεινεν ὁ αὐτὸς, *ut suprà.*

ἀταπείνωτον) ταπεινὸς humilis, abjectus, inde verbum ταπεινόω, *Futurum* ταπεινώσω, *Præteritum activum* τεταπείνωκα, *Passivum* τεταπείνωμαι, τεταπείνωσαι, τεταπείνωται. *Verbale* ταπεινωτὸς, *ut suprà, abjectus, inde* ἀταπείνωτος *celsus, minimè abjectus.*

φρόνημα) φρονέω, φρονήσω, πεφρόνηκα, πεφρόνημαι verbale τὸ φρόνημα, *ut suprà, quod Latini vocant sensum & spiritus pluraliter.*

διασώζων) σώζω, διασώζω, Participium διασώζων.

ἀλλ' οὔτε) Apostrophus est ἀλλὰ οὔτε.

παραμυθίαν) μῦθος, verbum, μυθέω, μυθέομαι, παραμυθέομαι *consolor,* ἡ παραμυθία, *consolatio.*

ἡκόντων) ἥκω venio, Participium ἥκων, ἥκοντος, τῶν ἡκόντων, aut est *secundi Aoristi* ὁ ἡκὼν, τοῦ ἡκόντος, τῶν ἡκόντων.

ἐπεμβαινόντων) βαίνω, ἐμβαίνω, ἐπεμβαίνω, ἐπεμβαίνων, ἐπεμβαίνοντος, τῶν ἐπεμβαινόντων, *regit Dativum propter præpositionem* ἐπί.

συνεπιτεινόντων) τείνω, ἐπιτείνω συνεπιτείνω, simul & *pariter exacerbo & intendo.*

τὰ ἀλγεινὰ) ἄλγος, dolor, derivativum ὁ ἀλγεινὸς, *Neutrum plurale* τὰ ἀλγεινὰ, *casus diversi & ærumnæ.*

παρωξυνθῇ) ὀξὺς, acutus ὀξυνώ exacuo, irrito.

*Ab Adjectivis in* υς, *fiunt verba in* υνω, βραδὺς, βραδυνώ, ἡδὺς ἡδύνω. *Sic* ὀξυνώ. *Futurum* ὀξυνῶ *Præteritum activum* ὤξυγκα, *Passivum* ὤξυμμαι, ὤξυνσαι, ὤξυνται. *Aoristus primus* ὠξυνθην, *& Compositum* παρωξυνθην, θης, θη, *à* παροξυνώ.

Πάλιν σκοπῶν τις, πῶς ἂν πρᾶος ἐν τῷ αὐτῷ καὶ μεγαλόθυμος γένοιτο, ὥστε τῷ μὲν θυμῷ κατὰ τῆς ἁμαρτίας κεχρῆσθαι, τῇ δὲ πρᾳότητι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, εὑρήσει τὸν Δαβὶδ γενναῖον μὲν ἐν τοῖς κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθήμασι, πρᾷον δὲ καὶ ἀκίνητον ἐν ταῖς τῶν ἐχθρῶν ἀντιδόσεσι.

Rursum reputans aliquis, quomodo clemens in eodem & magnanimus fiat, ut quidem animo contra peccatum utatur, sed clementia erga homines: inveniet

David generosum quidem in circa bellum facinoribus, clementem autem & immotum in inimicorum ultionibus.

Rursus aliquis reputans, quomodo magnanimus idem & clemens esse possit, ita ut animo quidem obfirmato adversus peccatum, clementia verò utatur erga homines: illic Davidem inveniet generosum in bellicis facinoribus, clementem & placidum in inimicis ulciscendis.

σκηπτῶν) σκηπτέω, Crasis σκηπτῶ, Participium σκηπτῶν,

ἐν τῷ αὐτῷ) in eodem, id est, pariter, Attici neutrum *pronominis* αὐτός *efferunt unà cum Articulo dicentes* ταυτὸν, *quasi* τὸ αὐτὸν, τ᾽ αὐτὸν *per Apostrophen, Dativus* τ᾽ αὐτῷ.

μεγαλόθυμος) fit à μεγάλος magnus, & θυμὸς animus.

γένοιτο) γίνομαι, secundus Aoristus medius ἐγενόμην, *ut suprà. Optativus* γενοίμην, γένοιο, γένοιτο.

ὥστε κεχρῆσθαι) ὥστε gaudet Infinitivo, ut ὡς, de quo *suprà dictum est.*

κατὰ τῆς ἁμαρτίας) contra peccatum, κατὰ cum Genitivo *in malam partem capitur, & perniciem significat.*

κεχρῆσθαι) χράομαι, χρήσομαι, κέχρημαι, κέχρησαι, κέχρηται, *secunda persona pluralis,* κέχρησθε, *assumpto* σ, *ut*

*suprà,*

*ſuprà, unde fit Infinitivus* κεχρῆσθαι, *accentu in penultimam retracto, de quo ſuprà.*

πρᾳότητι) πρᾷος, inde ἡ πρᾳότης τῆς πρᾳότητος.

ἀρήσαι) ἀρίσκω Tempora ſumit ab ἀρέω, Futurum ἀρήσω.

γενναῖον) γέννα stirps, inde γενναῖος generoſus.

ἀνδραγαθήμασι) ab ἀνὴρ, ἀνδρὸς, vir, viri, & ἀγαθὸς, *bonus, præstans, fit verbum* ἀνδραγαθέω, *virum me præsto, fortem & strenuum me præbeo.* ἀνδραγαθήσω *Præteritum activum* ἠνδραγάθηκα. *Paſsivum* ἠνδραγάθημαι, *verbale* τὸ ἀνδραγάθημα, *ut ſuprà dictum, virile facinus, & factum generosi animi,* τοῦ ἀνδραγαθήματος, τῷ ἀνδραγαθήματι, τοῖς ἀνδραγαθήμασι.

ἀκίνητον) κινέω, κινήσω, κεκίνηκα, κεκίνημαι, κεκίνησαι, κεκίνηται. *Verbale* κινητὸς, *ut ſuprà. unde* ἀκίνητος *immotus, immobilis, id est, placidus & clemens.*

ἀντιδόσεσι) δίδωμι, δώσω, δέδωκα, δέδομαι, δέδοσαι, *Verbale* ἡ δόσις, *ut ſuprà*, τῆς δόσεως, τῇ δόσει, ταῖς δόσεσι. *Compositum* ἀντιδόσεσι *ab* ἀντίδοσις *retributio, ab* ἀντιδίδωμι, *retribuo.*

Τοιοῦτος ἦν καὶ Μωσῆς, μεγάλῳ μὲν τῷ θυμῷ κατὰ τῶν εἰς θεὸν ἐξαμαρτανόντων διανιστάμενος, πρᾳείᾳ δὲ τῇ ψυχῇ τὰς καθ᾽ ἑαυτοῦ διαβολὰς ὑποφέρων.

Talis erat & Moſes, magna quidem ira contra in Deum peccantes inſurgens, miti autem animo contra ſe ipſum calumnias ſuſtinens.

Talis erat Moſes, ingenti ille quidem ira in illos inſurgens, qui in Deum peccaverant: ſed miti animo perferens illos, qui ſibi obtrectaverant.

ἦν) erat. Imperfectum ab εἰμὶ ſum, ut ſuprà.

ἐξαμαρτανόντων) ἁμαρτάνω. Participium ἁμαρτάνων, οῦ ἁμαρτάνοντος, τῶν ἁμαρτανόντων. *Compoſitum* ἐξαμαρτανόντων *ab* ἐξαμαρτάνω.

διανιστάμενος) ἵστημι, Paſsivum ἵσταμαι, Compoſitum ἀνίσταμαι, *deinde* διανίσταμαι, *Participium* διανιστάμενος.

πραεῖα) ὁ πρᾶος mitis, Fœmininum autem ἡ πραεῖα, πραείας, τῇ πραείᾳ, *fit à Nomine non admodum uſitato* πραΰς, *unde & verbum* πραΰνω, *ut ab adjectivo* ὀξὺς, *Fœmininum* ὀξεῖα, *verbum* ὀξύνω.

καθ' ἑαυτοῦ) κατ' ἑαυτοῦ, Apoſtrophos eſt.

διαβολὰς) διαβάλλω calumnior, inde διαβολὴ per ο, *ut ſuprà in* συμβόλαια.

ἀποφέρων) φέρω, ἀποφέρω, Participium ἀποφέρων.

καὶ πανταχοῦ ὥσπερ οἱ ζωγράφοι, ὅταν ἀπὸ εἰκόνων, εἰκόνα γράφωσι, πυκνὰ πρὸς τὸ παράδειγμα ἀποβλέποντες, τὸν

ἐκεῖ-

ἐκεῖθεν χαρακτῆρα πρὸς τὸ ἑαυτοῦ σπουδάζουσι μεταθεῖναι φιλοτέχνημα· οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἐσπουδακότα ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς ἀπεργάσασθαι τέλειον, οἱονεὶ πρὸς ἀγάλματα τινὰ κινούμενα καὶ ἔμπρακτα τοὺς βίους τῶν ἁγίων ἀποβλέπειν, καὶ τὸ ἐκείνων ἀγαθὸν οἰκεῖον ποιεῖσθαι διὰ μιμήσεως.

Et ubique quemadmodum pictores, quando ex imaginibus imaginem pingunt, identidem ad exemplar reſpicientes, inde characterem ad ſuum ipſorum student transferre opificium: ita oportet & studentem ſeipſum omnibus partibus virtutis efficere perfectum, tanquam ad ſimulacra quædam mota & actuoſa, vitas ſanctorum reſpicere, & illorum bonum, ſuum facere per imitationem.

Quemadmodum autem pictores, cùm imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem reſpectantes, lineamenta ejus transferre conantur magno studio ad ſuum opificium: ita qui ſeſe meditatur omnibus numeris virtutis abſolutum reddere, veluti ſimulacra quædam ſpirantia & actuoſa, ſanctorum vitas reſpicere oportet, probaque opera illorum ſua imitando facere.

ζωγράφοι) ζωγράφος pictor, à ζῶον & γράφω.

γράφωσι) Subjunctivus, ut τύπτωσι.

παράδειγμα) δεικνύω, Tempora ſumit à δείκω, ut ſuprà. *Futurum* δείξω, *Præteritum activum* δέδειχα, *Paſſivum* δέδειγμαι, *Compositum* παραδεικνύω, παραδέδειγμαι, *verbale* τὸ παράδειγμα *exemplar, ut ſuprà.*

τ

τ' ἐκεῖθεν χαρακτῆρα) Vim articuli positi cum Adverbio sic possis explicare: *Inde petitam aut desumptam formam, pro quo Budæus dixit, lineamenta ejus.*

μεταθεῖναι) τίθημι secundus Aoristus Infinitivi θεῖναι, *ut suprà. Compositum* μετατίθημι, μεταθεῖναι.

φιλοτέχνημα) φιλοτεχνέω, opificiis excolendis studeo, *à* φίλος & τέχνη. *Verbale* τὸ φιλοτέχνημα *à Præterito passivo.*

ἐσπουδακότα) σπουδάζω, σπουδάσω, ἐσπούδακα. Participium ἐσπουδακὼς, ὁ ἐσπουδακότος, τὸν ἐσπουδακότα.

πᾶσι) Dativus pluralis à πᾶς, παντός.

μέρεσι) τὸ μέρος, ὁ μέρεος, τῷ μέρεϊ, τοῖς μέρεσι.

ἀπεργάσεσθαι) ἐργάζομαι. Futurum ἐργάσομαι. Infinitivus ἐργάσεσθαι. *Compositum* ἀπεργάσεσθαι *ab* ἀπεργάζομαι.

τέλειον) τέλος finis, ὁ τέλειος perfectus.

οἱονεὶ) tanquam, idem quod οἷον, ut ὥσπερ & ὡσπερεί.

ἀγάλματα) ἀγάλλω, Futurum ἀγαλῶ Præteritum activum ἤγαλκα. *Passivum* ἤγαλμαι. *Verbale* τὸ ἄγαλμα, ὁ ἀγάλματος, *ut suprà.*

κινούμενα) κινέω. Pasſivum κινέομαι, Crasis κινοῦμαι. *Participium* κινούμενος, τὰ κινούμενα, *quæ moventur, id est, viva.*

ἔμπρα-

ἔμπρακ(τα) πράττω, πράξω, πέπραχα, πέπραγμαι, πέπραξαι, πέπρακ(ται): *Verbale* πρακτὸς, *de quo ſupra dictum est, deinde additur præpositio* ἐν, ἔμπρακτος, *qua voce Gregorius Nazianzenus eleganter uſus est in laudibus Athanasii:* οὕτως, *inquit,* ἀμφότερα συνηρμόσατο, καὶ εἰς ἓν ἤγαγε, καὶ πρᾶξιν ἡσύχιον καὶ ἡσυχίαν ἔμπρακτον. *Sic enim utraque coaptavit, atque in unum adduxit, actionem quietam, & quietem actuoſam.*

οἰκεῖον) οἶκος domus, οἰκεῖος domesticus.

ποιεῖσθαι) ποιέομαι, Infinitivus ποιέεσθαι, Crasis ποιεῖσθαι, *ſumitur vox paſsiva in significatione activa.*

μιμήσεως) μιμέομαι, ſecunda perſona præteriti paſsivi μεμίμησαι, *unde verbale* ἡ μίμησις, τῆς μιμήσεως, *ut ſuprà. Hoc loco multas voces transmisimus, partim quòd prius sint excuſsæ, partim etiam quòd inſpecto Lexico facile fuerit ipſum thema reperire, cujusmodi ſunt* εἰκόνων *Genitivus pluralis ab* εἰκών; πυκνὰ *à* πυκνός. ἀποβλέποντες, *Participium ab* ἀποβλέπω, *cujus simplex* βλέπω, χαρακτῆρα *ab* ὁ χαρακτήρ, *de quo ſuprà.* σπουδάζουσι, *tertia perſona pluralis à* σπουδάζω. ἀρετῆς, *Genitivus ab* ἀρετή, τινα *à Nominativo* τί, βίους *ab* ὁ βίος, ἁγίων *ab* ἅγιος. ἀποβλέπειν *Infinitivus ab* ἀποβλέπω, *quæ parvi ſunt momenti: quapropter istiusmodi posthac, aut in totum omittemus: aut levi tantùm brachio, sicut modò fecimus, simul omnia perstringemus, quæ ad eundem locum pertinebunt.*

Ἀρχαὶ πάλιν τὰς ἀναγνώσεις διαδεχόμεναι νεαρωτέραν

τ̀ ψυχὴν καὶ ἀκμαιοτέραν τῷ πρὸς θεὸν πόθῳ κεκινημένην παραλαμβάνουσιν.

Orationes rurſum lectionibus ſuccedentes, recentiorem animam & vegetiorem ad Deum desiderio motam accipiunt.

Jam verò orationes lectionibus ſuccedentes recentiorem animam vegetioremque accipiunt, utpote desiderio Dei jam flagrantem.

ἀναγνώσεις) γινώσκω. Tempora ſumit à γνόω. *Futurum* γνώσω. *Præteritum activum* ἔγνωκα. *Paſsivum* ἔγνωμαι, ἐγνώσθω. *Verbale est* ἡ γνῶσις, τ̀ γνώσεως, *ut ſuprà. Accuſativus pluralis* τὰς γνώσεας, *&* per *Craſin* γνώσεις, *Compositum* ἀναγνώσεις. *Nominativ.* ἡ ἀνάγνωσις *lectio, ab* ἀναγινώσκω *lego.*

νεαρωτέραν) νέος, inde νεαρὸς, ut λίπος, λιπαρὸς, πῖνος πιναρὸς, ῥύπος ῥυπαρὸς, *&c. Comparativus* ὁ νεαρώτερος, νεαρωτέρα, τὴν νεαρωτέραν.

ἀκμαιοτέραν) à Substantivis in α vel η fiunt Adjectiva *in* αῖος, βία, βιαῖος, γῦνα, γυναῖος. *Sic* ἀκμὴ, ἀκμαῖος. *Comparativus* ὁ ἀκμαιότερος, ἡ ἀκμαιοτέρα, τὴν ἀκμαιοτέραν.

κεκινημένην) κινέω, κινήσω, κεκίνηκα, κεκίνημαι, Participium ὁ κεκινημένος, ἡ κεκινημένη, τὴν κεκινημένην.

*Reliqua facilia ſunt.* εὐχαὶ *Nominativus pluralis ab*

*ab* ἡ ἀρχή. πάλιν, *Adverbium est.* διαδεχόμενα, ἀ διαδέχομαι. *Participium* διαδεχόμενος, ἡ διαδεχομένη, *Plurale* αἱ διαδεχόμεναι, *simplex verbum est* δέχομαι. ψυχὴν *Accusativus ab* ἡ ψυχή; πρὸς, *Præpositio posita hic cum Accusativo* θεόν, *cujus nominativus* ὁ θεός, πόθῳ, *Dativus ab* ὁ πόθος *desiderium.* παραλαμβάνουσι *tertia persona est pluralis numeri à* παραλαμβάνω. *Simplex* λαμβάνω *additur autem* ν παραλαμβάνουσιν, *ut suprà in institutionibus Grammaticis.*

Ἀρχὴ δέγε καλὴ, ἡ ἐναργῆ ἐμποιοῦσα τοῦ θεοῦ ἔννοιαν τῇ ψυχῇ, καὶ τοῦτό ἐστι τοῦ θεοῦ ἐνοίκησις, τὸ διὰ τῆς μνήμης ἔχειν ἐνιδρυμένον ἐν ἑαυτῷ τὸν θεόν.

Oratio verò bona, manifestam ingenerans Dei notionem animo, & hoc est Dei inhabitatio in memoria habere, insidentem in seipso Deum.

Atqui est oratio illa bona, quæ compertam Dei notionem in animo ingenerat. Est verò Dei inhabitatio, insidentem intus Deum memoria complecti.

δέγε) δὲ verò, autem, at, cæterùm, porro, verumtamen, *ut loco quadrat: additur* γε *adjectio syllabica* δέγε, *ut apud Latinos qui, in alioqui, atqui.*

ἐναργῆ) ὁ καὶ ἡ ἐναργὴς, τοῦ καὶ τῆς ἐναργέος, τὸ καὶ τὸ ἐναργέα, *Crasis* ἐναργῆ *primæ declinationis contractorum.*

ἐμποιοῦσα) Participium Fæmininum ab ἐμποιέω.

 ἐνοίκη-

ἐνοίκησις) οἰκέω, ἐνοικέω, ἐνοικήσω, ἐνῴκηκα, ἐνῴκημαι, ἐνῴκησται, *Verbale ablato incremento* ἐνοίκησις, *ut suprà.*

ἐνιδρυμένον) ἱδρύω, Futurum ἱδρύσω. Præteritum activum ἵδρυκα, *Passivum* ἵδρυμαι, *Participium* ἱδρυμένος, *Accusativus* τὸν ἱδρυμένον, *Compositum* ἐνιδρυμένον, *quod si legatur* ἐνιδρύμενον, *accentu in antepenultima, erit Participium præsentis temporis à passivo verbi in* μι, *nam ab* ἱδρύω, *fit* ἵδρυμι, *Passivum* ἵδρυμαι, *Compositum* ἐνίδρυμαι, *Participium* ἐνιδρύμενος, *id est, insidens.*

Οὕτω γινόμεθα ναὸς θεοῦ, ὅταν μὴ φροντίσι γηΐναις τὸ συνεχὲς τῆς μνήμης διακόπτηται. μὴ δὲ τοῖς ἀπροσδοκήτοις πάθεσιν ὁ νοῦς ἐκταράττηται· ἀλλὰ πάντα ἀποφυγὼν ὁ φιλόθεος, ἐπὶ θεὸν ἀναχωρῇ, ἐξελαύνων τὰ προκαλούμενα ἡμᾶς εἰς ἀκρασίας πάθη, καὶ τοῖς πρὸς ἀρετὴν ἄγουσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνδιατρίβῃ.

Ita efficimur templum Dei, quando non curis terrenis aſsiduitas memoriæ interrumpitur, neque improvisis perturbationibus mens turbatur, ſed omnia effugiens amans Dei, ad Deum ſecedit, expellens provocantes nos in intemperantias affectus, & ad virtutem ducentibus studiis immoratur.

Hacque nos ratione templum Dei efficimur, quando nec terrenis curis perpetuus tenor memoriæ interpellatur, nec improvisis perturbationibus intellectus tumultuatur: ſed hæc omnia effugiens vir amore Dei prædi-

præditus, ad Deum ipſe ſecedit, tum affectus foràs quatiens, qui ad intemperantiam provocant: tum in iis studiis libenter verſans, quæ ad virtutem ducunt.

ἀπροσδοκήτοις) δοκέω per ε, compositum προσδοκάω per α ut contrà συλάω per α, ἱεροσυλέω per ε, igitur προσδοκάω *expecto, Futurum* προσδοκήσω. *Præteritum activum* προσδεδόκηκα, *Paſsivum* προσδεδόκημαι, προσδεδόκησαι, προσδεδόκηται, *Verbale* προσδόκητος, *ut ſuprà, inde* ἀπροσδόκητος *inexpectatus.*

ἀποφυγὼν) φεύγω secundus Aoristus ἔφυγον, ut ſuprà, *Participium* φυγων, *Compositum* ἀποφυγων *ab* ἀποφεύγω.

φιλόθεος) amans Dei, à φίλος & θεός, ut φιλάνθρωπος *humanus, amans hominum, à* φίλος & ἄνθρωπος.

ἀναχωρῇ) χωρέω, ἀναχωρέω, Subjunctivus tertiæ *perſonæ* ἐὰν ἀναχωρέῃ, *Crasis* ἀναχωρῇ *ut* ποιῇ.

προκαλούμενα) καλέω, καλέομαι, Crasis καλοῦμαι, προκαλοῦμαι, *Participium* προκαλούμενος.

ἀκρασίας) κεράννυμι, Tempora ſumit à κεράω, *Futurum* κεράσω, & *elidendo* ε *dicitur* κράσω *Præteritum activum* κέκρακα, *Paſsivum* κέκραμαι, κέκρασαι, *unde verbale per* α *privatim* ἡ ἀκρασία, *ut ſuprà, intemperantia, Accuſativus pluralis* τὰς ἀκρασίας.

ἐπιτηδεύμασιν) Dativus pluralis à Nomine τὸ ἐπιτήδευμα, *quod est Verbale à præterito passivo verbi* ἐπιτηδεύω.

συνδιατρίβῃ) τρίβω διατρίβω, συνδιατρίβω. Subjunctivus *tertiæ personæ est* συνδιατρίβῃ.

καὶ πρῶτόν γε πάντων, σπουδάζειν προσήκει, περὶ τὴν τοῦ λόγου χρῆσιν, μὴ ἀμαθῶς ἔχειν, ἀλλ' ἐρωτᾷν μὲν ἀφιλονείκως, ἀποκρίνεσθαι δὲ ἀφιλοτίμως, μὴ διακόπτοντα τὸν προσδιαλεγόμενον, ὅταν χρήσιμον λέγῃ μηδὲ ἐπιθυμοῦντα, τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐπιδεικτικῶς παρεμβάλλειν, μέτρα ὁρίζοντα λόγῳ καὶ ἀκοῇ.

Et primum quidem omnium studere convenit, circa sermonis usum non imperitè habere, sed percunctari quidem citra contentionem, respondere autem sine affectatione, non interpellantem disserentem, quando utile dicit, neque desiderantem suum ipsius sermonem ostentando interserere, modum statuentem sermoni & auscultationi.

Atque inprimis quidem magno studio id comparandum habemus, scitè ut sermocinari possimus ut nec contentiosius percunctemur, nec affectantius respondeamus, ut disserenti non obloquamur, nec interfari, atque interpellare gestiamus absurda ostentatione, fastumque præ se ferente, ut modum teneamus, & sermocinandi & auscultandi.

πρῶτόν γε π'ντων) γε Encliticum est, πρῶτον, Superlativus *adverbialis cum Genitivo, ut nos, primo omnium.*

χρῆσιν) ἡ χρῆσις Verbale à Præterito verbi χράομαι utor.

ἀμαθῶς) Adverbium ab Adjectivo ἀμαθὴς, de quo *ſuprà.*

ἀμαθῶς ἔχειν) Adverbium cum ἔχω ſumto neutraliter, *pro eo quod est, affectus ſum,* ἀμαθῶς ἔχω, *imperitè habeo, id est, imperitus & indoctus ſum, sic* ἐνδεῶς ἔχω, *ut ſuprà.*

ἐρωτᾷν) Infinitivus ab ἐρωτάω.

ἀφιλονείκως) νεῖκος, contentio φιλόνεικος contentioſus, ἀφιλόνεικος *minimè contentioſus, Adverbium* ἀφιλονείκως.

ἀφιλοτίμως) τιμὴ honor, φιλότιμος ambitioſus, & *etiam qui magno studio & affectatè rem quampiam efficere nititur,* ἀφιλότιμος *minimè affectatus,* ἀφιλοτίμως *Adverbium, ut ſuprà.*

χρήσιμον) à ſecunda perſona præteriti paſsivi, Ver*balia fiunt in* ιμος, *à* χράομαι. κέχρησαι, *inde* χρήσιμος.

ἐπιθυμοῦντα) θυμὸς, θυμέω, ἐπιθυμέω. Participium ἐπιθυμέων, ἐπιθυμέοντος, τὸν ἐπιθυμέοντα, *Crasis* ἐπιθυμοῦντα.

ἐπιδεικτικῶς) δεικνύω, Futurum δείξω à δείκω. Præteritum *activum* δέδειχα. *Paſsivum* δέδειγμαι. δέδειξαι, δέδεικται, *Verbale* δεικτός, *ut ſuprà, inde* δεικτικός.

*Compo-*

*Compositum* ἐπιδεικτικὸς, *&* *Adverbium* ἐπιδεικτικῶς, *à verbo* ἐπιδεικνύω.

Μανθάνειν δὲ ἀνεπαισχύντως, καὶ διδάσκειν ἀνεπιφθόνως, καὶ εἴ τι παρ' ἑτέρου δεδίδακται μὴ ἐπικρύπτειν, ὥσπερ αἱ φαῦλαι τῶν γυναικῶν, αἱ τὰ νόθα ὑποβαλλόμεναι, ἀλλὰ κηρύσσειν εὐγνωμόνως τὸν πατέρα τοῦ λόγου.

Diſcere autem sine pudore, & docere sine invidia, & si quid ab alio doctum est, non occultare, quemadmodum improbæ mulierum, notha ſupponentes, ſed prædicare gratè patrem ſermonis.

Neque verò ád diſcendum verecundum eſse oportet, nec ad docendum malignum, quod ab alio tute didiceris, nequaquam clam habendum, cujusmodi facere mulieres improbæ ſolent, quæ ex aliis ipſæ quæsitos liberos viris ſuis tollendos ſubjiciunt, patrem ementientes: autorem verò ipſum prodere grata commemoratione decet, verumque ipsius ſcientiæ parentem.

μανθάνειν) quatuor ſunt infinitivi in hac oratione, *qui pendent ab imperſonali prius posito* προσήκει.

ἀνεπαισχύντως) αἰσχύνομαι erubeſco, Præteritum ᾔσχυμμαι, ᾔσχυνται, ᾔσχυνται *Verbale* αἰσχυντὸς, *ut ſuprà. Compositum* ἐπαίσχυντος *ab* ἐπαισχύνομαι *deinde per* α *privativam particulam,* ἀνεπαίσχυντος, *Adverbium* ἀνεπαισχύντως, *additur autem litera* ν, *propterea quod* ἐπαίσχυντος *incipitur à vocali.*

ἀνε-

ἀνεπιφθόνως) φθόνος invidia, ἐπίφθονος invidus, & per α privativum ἀνεπίφθονος *minimè invidens.*

δεδιδακται) Tertia perſona præteriti paſsivi à διδάχω, *nam ab hoc themate ſumit ſua tempora* διδάσκω *doceo.*

φαῦλαι τῶν γυναικῶν) improbæ mulierum, hoc est, *improbæ mulieres: quodvis Adjectivum Genitivo jungi potest tanquam partitivum, ut Grammatici vocant, ut ſuprà.*

ἀγνωμόνως) γνώμη animus, voluntas, ἀγνώμων gratus, τοῦ ἀγνώμονος, τῶν ἐυγνωμόνων, *Adverbium* ἐυγνωμόνως *grato & candido animo.*

Τόνος τῆς φωνῆς ὁ μέσος προτιμητέος, ὡς μήτε διαφεύγειν τὴν ἀκοὴν ὑπὸ σμικρότητος, μήτε φορτικὸν εἶναι τῷ μεγέθει τῆς διατάσεως.

Intentio porrò vocis mediocris præferenda, ut neque effugiat aurem præ exilitate, neque odioſa sit magnitudine contentionis.

Vocis porrò intentio mediocritate temperanda est, ut nec exilior fallat aures, nec contentior odioſa radat offensione.

προτιμητέος) τιμάω, τιμήσω, τετίμηκα, τετίμημαι, τετιμήσομαι, τετίμηται. *Verbale* τιμητέος, *ut ſuprà. Compositum* προτιμητέος, *à* προτιμάω *eligo, probo, præfero.*

σμι-

σμικρότητ☉) μικρὸς vel σμικρὸς. nam plurima sunt apud Græcos διπλολογέμενα, id est, quæ duobus modis efferuntur, ut scripsimus suprà in verbo θέλω, à σμικρὸς fit ἡ σμικρότης, τῆς σμικρότητ☉.

φορτικὸς) ὁ φόρτ☉, onus, φορτικὸς onerosus, molestus.

εἶναι) esse, ab εἰμὶ sum, ut suprà.

μεγέθει) Crasis ex μεγέθεϊ, Dativus à Nominativo τὸ μέγεθ☉.

διατάσεως) τείνω, τενῶ, τέτακα, τέταμαι, τέτασαι. Verbale ἡ τάσις, ut suprà. Compositum διάτασις, τῆς διατάσεως, à διατείνω.

Προεξετάσαντα ὃ ἐν ἑαυτῷ τὸ ῥηθησόμενον ὅτω δημοσιεύειν τὸν λόγον, διὰ προσήγορον ἐν ταῖς ἐντεύξεσι, γλυκὺν ἐν ταῖς ὁμιλίαις, ὐ διὰ τῆς εὐτραπελίας τὸ ἡδὺ θηρώμενον, ἀλλὰ διὰ τῆς εὐμενοῦς παρακλήσεως τὸ προσηνὲς ἔχοντα, πανταχοῦ τὸ τραχὺ, κἂν ἐπιτιμῆσαι δέοι, ἀπωθέμενον.

Prius expendentem autem in seipso dicendum, ita publicare sermonem, comiter appellantem in congressibus, suavem in conversationibus, non per scurrilitatem voluptatem venantem, sed per benevolam adhortationem, mansuetudinem habentem, ubique asperitatem, etiamsi objurgare oporteat, rejicientem.

Expendendum prius quid dicturus sis, atque ita demum edendum & promulgandum. At verò in congressi-

greſsibus comiter appellare oportet, atque in conſuetudine ſuavem ſe præbere, non etiam voluptatem facetosis ſermonibus aucupari: adhortationum verò benignitate, clementiæ ac manſuetudinis opinio colligenda est. Nuſquam acerbum ſe præbere convenit, etiamsi objurgatione opus sit.

προεξετάσαντα) ἐτάζω, Futurum ἐτάσω, Aoristus *primus* ἤτασα, *Participium* ἐτάσας, *Compositum* ἐξετάσας, *deinde* προεξετάσας *à* προεξετάζω.

ῥηθησόμενον) Inusitatum ῥέω, dico, ῥήσω, ἔῤῥηκα, ἔῤῥημαι, ἐῤῥήσαι, ἔῤῥηται, ἐῤῥήθην, ῥηθήσομαι, ῥηθησόμενος *Participium primi Futuri paſsivi.*

οὕτω δημοσιεύειν) ſubaudi δεῖ, Oportet aut προσήκει *convenit, quod ante præceſsit. Cæterùm* οὕτω *cum Infinitivo pulcrè ponitur post aliquod Participium, ut hoc loco.*

δημοσιεύειν) δῆμος populus, δημόσιος publicus, δημοσιεύω *publicum reddo & evulgo. Cæterum illa in* εύω, *partim activè, partim neutraliter uſurpantur: quædam utroque modo, quædam voce tantùm paſsiva.*

εὐπροσήγορον, γλυκὺν &c. Hi omnes Accuſativi re*ferendi ſunt ad Infinitivum orationis præcedentis. Oportet quemque, ubi prius expenderit, quid sit dicendum, ita demum proferre ſermonem, ipſum, inquam,* εὐπροσήγορον, *hoc est, comiter appellantem, simulque* γλυκὺν, *id est, ſuavem, & ita in cæteris*

 *Accu-*

*Accusativis, quasi subaudiatur participium verbi substantivi, nempe ὄντα, id est, existentem, ut ita loquamur, id quod ut melius percipiatur, mutemus orationis faciem, & pro infinitivo collocemus modum finitum, pro Accusativo Nominativum, hoc pacto: Oportet ut ubi quid dicendum sit, expenderit, ita demum sermonem proferat, ipse inquam, simul existens comis in congressu, suavis in consuetudine, &c. Est enim hîc oratio in longum producta, multitudine Accusativorum, qui in diversis membris positi, tamen ad eandem pertinent periodum, id quod interpres mutavit, conversis membris in clausulas, ideoque singulis fermè verbum oportet, addidit, aut aliud consimilis significationis.*

ἀπροσήγορον) ab ἀγορὰ fit προσηγορέω, saluto, appello, & προσήγορος, *unde* ἀπροσήγορος, *qui non gravatim salutat.*

ἐντεύξεσι) ἔντευξις colloquium, congressus, verbale *ab* ἐντυγχάνω, *ut suprà, simplex* τυγχάνω, *quod tempora sumit à* τεύχω.

γλυκυν) Accusativus ab ὁ γλυκὺς, τοῦ γλυκέος.

ὁμιλίαις) Nominativus est ἡ ὁμιλία, à nomine ὅμιλος.

ἡδὺ) ὁ ἡδὺς suavis, τὸ ἡδὺ suave & suavitas substantivè.

θηρώμενον) θὴρ, θηρὸς fera, θήρα venatio, θηράω & θηράομαι, *venor, aucupor. Crasis,* θηρῶμαι, *Participium* θηρώμενος.

ἐυμενεῖς)

εὐμῶς) μῶ̃ος animus, δυσμυὴς, inimicus, malevolus, εὐμυὴς benevolus, amicus, Genitivus εὐμενέος. Crasis autem εὐμῶς primæ declinationis contractorum.

παρακλήσεως) καλέω: Futurum καλέσω, aut καλήσω, ut suprà. Præteritum activum κέκληκα per Syncopen, pro κεκάληκα, Passivum κέκλημαι, κέκλησαι, verbale ἡ κλῆσις, ut suprà. Compositum ἡ παράκλησις, τῆς παρακλήσεως à παρακαλέομαι.

προσηνὲς) αἶνος laus, inde Adjectivum ἀπηνὴς, sævus, immitis, crudelis quasi ἀπὸ vel ἄποθεν αἴνε, id est, procul à laude, nihil enim magis invisum populo, quam crudelitas; ex αἶνος autem eliditur jota, & α migrat in η, contrarium est προσηνὴς mitis, mansuetus, placidus. Nam in hujusmodi compositionibus, ἀπὸ & πρὸς sæpenumerò contraria sunt, ἀπόθετος rejectus, πρόσθετος ascitus. Igitur à προσηνὴς neutrum est τὸ προσηνὲς, captum substantive pro mansuetudine.

τὸ προσηνὲς ἔχοντα) Interpres τὸ προσηνὲς ἔχων, interpretatur mansuetudinis opinionem colligere. Nam ἔχειν non tantùm significat habere, sed etiam præbere & præstare, quasi dicat Basilius: Benigna adhortatione præbendam, & præstandam esse morum mansuetudinem & clementiam.

τὸ τραχὺ) asperum, id est, asperitatem à Masculino ὁ τραχύς.

κἂν) per Crasin, pro καὶ ἂν, ut ſuprà.

ἐπιτιμῆσαι) τιμὴ, inde τιμάω, Futurum τιμήσω, Aoriſtus primus, ἐτίμησα, *Infinitivus* τιμῆσαι, *Inde* ἐπιτιμῆσαι *ab* ἐπιτιμάω, *increpo.*

δέοι) δεῖ oportet, per Crasin, à δέει Optativus autem δέοι *citra Crasin effertur, nec dices* δοῖ *pro* δέοι.

ἀπωθούμενον) ὠθέω, Compoſitum ἀπωθέω, & deponentaliter ἀπωθέομαι, *Crasis* ἀπωθοῦμαι *repello, rejicio.*

προκαταλαβὼν γὰρ ἑαυτὸν διὰ ταπεινοφροσύνης, οὕτως ἂν εὐπαράδεκτος ἔσῃ τῷ δεομένῳ τῆς θεραπείας.

Præoccupans enim teipſum per humilitatem, ita facilè acceptus eris indigenti curatione.

Ita enim maximè caſtigando acceptus eris, ſi infrà faſtigium tuum deſcendens id feceris.

προκαταλαβὼν) λαμβάνω Tempora ſumit à λήβω, *ſecundus Aoriſtus* ἔλαβον, *Participium* λαβὼν, *Compoſitum* καταλαβὼν *à* καταλαμβάνω, *id est, occupo, complector, invado, & etiam idem quod reum perago, quaſi dicat Baſilius: Si prius ipſe te per modeſtiam tanquam reum judicaveris, nec te immunem à culpa duxeris: ſed velut communem miſeriam apud alterum miſeratus fueris, facilius admittetur adhortatio tua, quippe qui non videaris alterum arroganter increpare, ſed communem caſum delere. A*

κατα-

*καταλαμβάνω fit προκαταλαμβάνω, præoccupo, Aoristus secundus προκαταλαβὼν. Cæterum haud scio, num Budæus legerit προκαταλαβὼν, an potius προκαταβαλὼν, id est, prius dejiciens, siquidem vertit: infra fastigium tuum descendens, tanquàm à verbo καταβάλλω dejicio, demitto, unde & καταβεβλημένος, abjectus, de quo postea dicetur.*

ἑαυτὸν) teipsum, nam etiam est secundæ personæ, *ut suprà.*

ταπεινοφροσύνης) ταπεινὸς humilis, ταπεινόφρων modestus, *humilia de se sentiens,* τοῦ ταπεινόφρονος, *inde* ἡ ταπεινοφροσύνη, *modestia animi, per Syncopen, pro* ταπεινοφρονοσύνη, *ut suprà in* σωφροσύνη.

εὐπαράδεκτος) δέχομαι, δέξομαι, δέδεγμαι, δέδεξαι, δέδεκται· *verbale* δεκτὸς, *ut suprà. Compositum* παράδεκτος *à* παραδέχομαι, *inde* εὐπαράδεκτος *qui facilè suscipitur & admittitur.*

πολλάκις δὲ χρήσιμος ἡμῖν καὶ ὁ τοῦ προφήτου τρόπος τῆς ἐπιπλήξεως: ὅς τῷ Δαβὶδ ἁμαρτόντι, οὐ παρ' ἑαυτοῦ ἐπήγαγε τὸν ὅρον τῆς καταδίκης, ἀλλ' ὑποβολῇ προσώπου χρησάμενος, αὐτὸν ἐκεῖνον ἐκάθισε τοῦ ἰδίου κριτὴν ἁμαρτήματος, ὥστε αὐτὸν καθ' ἑαυτοῦ προεξενεγκόντα τὴν κρίσιν, μηδὲν ἐπιμέμφεσθαι τῷ ἐξελέγξαντι.

Plerumque verò utilis nobis & Prophetæ modus increpationis, qui David peccanti non à semetipso impegit modum damnationis, sed suppositione personæ usus,

uſus, ipſum illum constituit proprii judicem peccati, adeò ut ipſe adverſus ſemetipſum pronuncians judicium, nihil ſuccenſeret increpanti.

Plerumque verò conducibilis nobis erit ea increpandi ratio, quam Propheta ſecutus est, qui peccati reo Davidi non à ſemetipſo impegit damnationis modum, ſed accersita perſona utens, judicem illum ipſum in proprio crimine æstimando constituit, adeo præjudicio in ſeſe facto, nihil ille deinde habuit, quod ſuccenſeret increpanti.

πολλάκις) πολλὸς multus, πολλάκις ſæpius, δέκα decem, *δεκάκις decies, ἑπτὰ ſeptem, ἑπτάκις ſepties, πέντε quinque, πεντάκις, ἓξ ſex, ἑξάκις, & ita in cæteris.*

προφήτου) φημὶ, dico προφημι prædico, conjugationem *ejus, vide ſuprà. Tempora ſumuntur à φάω, φήσω, πέφηκα, πέφημαι, πέφησαι, πέφηται, inde compoſitum, προπέφηται, verbale ὁ προφήτης Propheta, ut ſuprà, τοῦ προφήτου primæ Declinationis.*

ἐπιπλήξεως) πλήττω, πλήξω, πέπληχα, πέπληγμαι, πέπληξαι, *unde ἡ πλῆξις, ut ſuprà. Compoſitum ἐπίπληξις, τῆς ἐπιπλήξεως à verbo ἐπιπλήττω increpo.*

Δαβὶδ) Hiſtoria est ſecundi Regum cap: 12.

ἁμαρτόντι) ἁμαρτάνω pecco. Tempora ſumit ab ἁμαρτέω, *ut ſuprà. Futurum ἁμαρτήσω. Aoriſtus pri-*

*mus*

*mus* ἡμάρτησα. *Aoristus secundus* ἥμαρτον, *de cujus formatione diximus suprà. Participium* ὁ ἁμαρτὼν, τοῦ ἁμαρτόντος, τῷ ἁμαρτόντι.

ἐπήγαγε) ἄγω, secundus Aoristus ἦγον, Atticè ἤγαγον, *ut suprà. Compositum* ἐπάγω, *secundus Aoristus* ἐπῆγον, & *Atticè* ἐπήγαγον, ἐπήγαγες, ἐπήγαγε.

καταδίκης) ἡ δίκη, inde καταδίκη supplicium, condemnatio.

ὑποβολῇ) ὑποβάλλομαι propono, tanquam fingo, *inde Verbale* ἡ ὑποβολὴ *suppositio* & *tanquam fictio.*

χρησάμενος) χράομαι, Futurum χρήσομαι, Aoristus *primus medius* ἐχρησάμην, *Participium* χρησάμενος.

ἐκάθισε) ab ἕω sedeo, fit ἵζω pleonasmo literæ ζ. *Solet autem propter pleonasmum converti* ε *in* ι, τέκω, τίκτω, ῥέπω, ῥίπτω, μένω, μίμνω, *sic ab* ἕω *fit* ἵζω, *inde compositum ex præposione* κατὰ, *quod magis receptum est* καθίζω. *Futurum* καθίσω. *Aoristus primus* ἐκάθισα, ἐκάθισας, ἐκάθισε· *fitque augmentum ante præpositionem, quod compositum nihil addat ad significationem, ut suprà. Est autem* καθίζω *interdum neutrum, id est, sedeo: interdum activum, id est, colloco, constituo,* & *sedere facio, hoc loco capitur activè.*

κριτῶν) κρίνω judico, Futurum κρινῶ, Præteritum *activum* κέκρικα, *Passivum* κέκριμαι, κέκρισαι, κέκριται,

ται, *Verbale* ὁ κριτὴς, *judex, ut ſuprà.*

ἁμαρτήματ(ος) ἁμαρτάνω, Futurum ἁμαρτήσω, ab ἁμαρτέω, *Præteritum activum* ἡμάρτηκα, *Paſsivum* ἡμάρτημαι, *Verbale nomen* τὸ ἁμάρτημα, τοῦ ἁμαρτήματος, *ut ſuprà.*

ὥστε) ponitur cum Infinitivo, μέμφεσθαι, de hoc *ſuprà.*

προεξενεγκόντα) φέρω, ſecundus Aoriſtus ἤνεγκον ab ἐνέγκω, *Participium* ὁ ἐνεγκὼν, τοῦ ἐνεγκόντος, τὸν ἐνεγκόντα. *Compoſitum* ἐξενεγκὼν ab ἐκφέρω, *deinde* προεξενεγκὼν à προεκφέρω, *id est, prius effero & pronuncio.*

κρίσιν) ἡ κρίσις, τῆς κρίσεως, Verbale à κρίνω.

ἐξελέγξαντα) ἐλέγχω, Futurum ἐλέγξω, Aoriſtus *primus* ἤλεγξα, *Participium* ἐλέγξας, *Compoſitum* ἐξελέγξας ab ἐξελέγχω.

Ἕπεται δὲ τῷ ταπεινῷ καὶ καταβεβλημένῳ φρονήματι ὄμμα στυγνὸν καὶ εἰς γῆν συννενευκὸς, σχῆμα ἠμελημένον, κόμη αὐχμηρὰ, ἐσθὴς ῥυπῶσα, ὥστε ἃ ποιοῦσιν οἱ πενθοῦντες κατ' ἐπιτήδευσιν, ταῦτα ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἡμῖν ἐπιφαίνεσθαι.

Comitatur autem humiles atque abjectos animos oculus triſtis, & in terram intuens, habitus neglectus, coma ſqualida, veſtis ſordida, ita ut quæ faciunt lugentes ſecundùm ſtudium, ea ex ſpontaneo in nobis appareant.

Et

Et conſentaneus quidem fuerit ſummiſsis atque abjectis animis, tristis oculus atque deorſum vergens, habitus neglectus, ſqualida coma, vestis ſordida: adeò quæ lugentes conſulto meditatoque faciunt, ea ſuapte animi ſponte in nobis, & veluti habitu temerario extitiſse videri debent.

ἕπεται) ἕπομαι ſequor, comes ſum, Dativo jungitur.

καταβεβλημένῳ) βάλλω, Futurum βαλῶ. Præteritum *activum βέβληκα, ut ſuprà. Paſsivum βέβλημαι, Participium βεβλημένος, Compositum καταβεβλημένος, abjectus, à καταβάλλω, dejicio, demitto.*

ὄμμα) ὄπτομαι, Præteritum paſsivum ὦμμαι, Verbale τὸ ὄμμα, *ut ſuprà.*

ϛυγνὸν) Multa nomina fiunt ab Aoristo ſecundo, *ejusque ſervant penultimam & characteristicon* πείθω, ἔπιθον, πιθανός. *Sic à* ϛύζω. *Futurum* ϛύξω, *Aoristus ſecundus* ἔϛυγον, *Nomen* ϛυγανὸς, *ſed per Syncopen dicitur* ϛυγνὸς *tristis.*

συννενευκὸς) νεύω, νεύσω, νένευκα. Participium ὁ νενευκὼς, *Neutrum* τὸ νενευκὸς. *Compositum* συννενευκὸς *à* συννεύω.

σχῆμα) ἔχω quædam tempora ſumit à σχέω. σχήσω, ἔσχηκα, ἔσχημαι. *Verbale* τὸ σχῆμα, *ut ſuprà dictum est.*

ἠμελημένον) ἀμελέω, Futurnm ἀμελήσω, Præteritum

 *acti-*

*activum* ἠμέληκα. *Passivum* ἠμέλημαι, *Participium* ἠμελημένος.

αὐχμηρὰ) αὐχμὴ squallor, inde Adjectivum αὐχμηρός.

ἐσθής) ἕω induo. Futurum ἕσω. Præteritum activum εἶκα, *Passivum* εἶσμαι, εἶσαι, εἶσται, *unde* ἑστὸς, *Verbale, ut suprà. ut autem ab* ἀργὸς *fit* ἀργὴς, ἀργῆτος, & *à* γυμνὸς, γυμνὴς, γυμνῆτος *sic ab* ἑστὸς *fieret* ἑστὴς, ἑστῆτος, *sed tenuis* τ *migrat in aspiratam* θ, *quod pensatur prima syllaba, ubi vertitur* ἑ *aspiratum in* ἐ *tenue, dicimusque* ἡ ἐσθὴς, τῆς ἐσθῆτος, *vestis.*

ῥυπῶσα) Participium Fæmininum ῥυπάω ut βοάω, βοῶσα.

κατ' ἐπιτήδευσιν) secundùm studium, id est, *studiò, consultò.*

ἐπιτήδευσιν) ἡ ἐπιτήδευσις, verbale ab ἐπιτηδεύω, ut suprà.

αὐτομάτου) Obsoletum est verbum μάω, id est, prom*ptus sum, unde* μεμαως, *ut suprà, finge verbum in* μι, μίμημι, *Futurum* μήσω, *Præteritum activum* μέμηκα, *Passivum* μεμαμαι, μέμασαι, μέμαται. *Verbale* ματὸς, *ut suprà, quasi dicas, promptus, inde* αὐτόματος *ultroneus, spontaneus, suapte natura promptus, nec aliunde adhibita cura ascitus,* ἐκ τοῦ αὐτομάτου *fiunt, quæ sua sponte eveniunt, quasi per se, nulla extrinsecus advocata causa.*

Χιτὼν

Χιτὼν διὰ ζώνης προσεσταλμένος τῷ σώματι, τὸ μέντοι ζῶσμα μήτε ἄνω τῶν λαγόνων, γυναικῶδες γάρ, μήτε χαῦνον, ὥστε διαῤῥεῖν τὸν χιτῶνα, βλακικὸν γάρ.

Tunica per cingulum astricta corpori, veruntamen cinctus neque ſuprà ilia: muliebre enim: neque laxus, ut diffluat tunica, desidioſum enim.

Tunica cinctu appreſsa sit corpori & astricta: cinctus neque muliebrem in modum ilia exuperet, neque prælaxus fluxam tunicam efficiat.

προσεσταλμένος) στέλλω, στελῶ, ἔσταλκα, ἔσταλμαι, Parti- *Participium* ἐσταλμένος, *Compositum* προσεσταλμένος *à* προστέλλω *ſuccingo, astringo, ſcribiturque per unicum* σ.

ζῶσμα) ζωννύω cingo, Futurum ζώσω. Præteritum *activum* ἔζωκα. *Paſsivum* ἔζωσμαι. *Verbale* τὸ ζῶσμα.

λαγόνων) ὁ λαγών, τοῦ λαγόνος, id est, ilia.

γυναικώδης) ἡ γύναιξ, τῆς γυναικὸς inde ὁ καὶ ἡ γυναικώδης, *hic & hæc muliebris*, τὸ γυναικῶδες.

διαῤῥεῖν) ῥέω, Infinitivus ῥέειν Crasis ῥεῖν, Compositum *διαῤῥεῖν à διαῤῥέω geminum ρρ, ut ſuprà dictum est.*

βλακικὸν) ὁ βλάξ, τοῦ βλακὸς mollis, unde ὁ βλακικὸς *mollis & piger: & qui corpore desidet, pro*

*quo posuimus Nomen desidiosum, ut numero Græcorum responderemus.*

καὶ τὸ βάδισμα μήτε νωθρὸν, ὡς ἔκλυσιν τῆς ψυχῆς κατηγορεῖν, μηδ' αὖ σφοδρὸν καὶ σεσοβημένον, ὡς ἐμπλήκτους αὐτῆς τὰς ὁρμὰς ἀποφαίνειν.

Et incessus neque segnis, ut dissolutionem animi declaret, neque rursus vehemens & incitatus, ut consternatos ipsius impetus significet.

Incessus esto nec segnis, ne animum dissolutum declaret, nec rursus vehemens insolenterque incitatus, ne consternatos impetus animi significet.

βάδισμα) βαδίζω, Futurum βαδίσω, Præteritum activum βεβάδικα, *Passivum* βεβάδισμαι. *Verbale* τὸ βάδισμα, *ut suprà.*

ἔκλυσιν) λύω, Futurum λύσω, Præteritum activum λέλυκα, *Passivum* λέλυμαι, λέλυσαι, *Verbale* ἡ λύσις, *ut suprà. Compositum* ἔκλυσις *ab* ἐκλύω.

κατηγορεῖν) ab ἀγορὰ fit Verbum κατηγορέω, mutatione *α in η. Infinitivus* κατηγορέειν, *Crasis* κατηγορεῖν· *quod verbum non solùm significat accusare, sed etiam demonstrare, declarare, ut arguo apud Latinos: Degeneres animos timor arguit, id est, demonstrat, ostendit.*

σεσοβημένον) σοβέω, σοβήσω, σεσόβηκα, σεσόβημαι, Par-

*ticipium* σεσοβημένος, *turbulentus*, *concitatus*, *à verbo* σοβέομαι *turbulenter ingredior*, & *obvium quemque ſubmoveo* & *protrudo.*

ἐμπλήκτους) πλήττω, πλήξω, πέπληχα, πέπληγμαι, πέπληξαι, πέπληκται, *Verbale* ὁ πληκτὸς, *ut ſuprà*, & *cum* ἐν *Præpoſitione* ἔμπληκτος.

*Cæterùm in hac epiſtolæ parte geminum eſt* ὡς, *id eſt*, *ut*: & *tamen Budæus utroque loco poſuit ne*, *propterea quod in hujusmodi orationibus*, *idem efficere ſolet negatio* & *affirmatio.*

Σκόπος ἐσθῆτος εἷς, κάλυμμα εἶναι σαρκὸς πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος αὔταρκες.

Scopus veſtis unus, operimentum eſse carnis contra hyemem & æstatem ſufficiens.

Unum modò sit vestitus propositum, operi mentum ut existat, ab æstus frigoriſque injuria corpus aſserere aptum & idoneum.

καλυμμα) καλύπτω, καλυψω, κεκάλυφα, κκάλυμμαι, *Verbale* τὸ κάλυμμα, *ut ſuprà.*

σαρκὸς) ἡ σὰρξ, τῆς σαρκὸς, caro, carnis.

αὔταρκες) αρκέω ſufficio, αὐτὸς ipſe, hinc, ὁ & ἡ αὐτάρκης, *qui ipſe ſibi ſufficit*, *ſufficiens*, *externis adminiculis non indigens*, *ſed ſua ipsius ſorte contentus*,

*tentus, Neutrum* τὸ αὔταρκες, *accentu in antepenultima, ut suprà dictum de Vocativo* ὦ Δημόσθενες *à Nominativo* ὁ Δημοσθένης.

Μήτε οὖν ἐν χρώματι τὸ ἀνθηρὸν διωκέσθω, μήτε ἐν τῇ κατασκευῇ τὸ λεπτὸν καὶ μαλακόν. τὸ γὰρ τὰς ἐν ἐσθῆτι διαχροίας περισκοπεῖν, ἴσον ἐστὶ γυναικείῳ καλλωπισμῷ, ὃν ἐκεῖναι ἐπιτηδεύουσι, ἀλλοτρίῳ ἄνθει παρειὰς καὶ τρίχας ἑαυτῶν καταβάπτουσαι.

Neque verò in colore amænitas exquiratur, neque in structura tenue & molle. Nam in veste nitidos colores circumſpicere, æquale est muliebri ornamento, quod illæ affectant, extraneo flore malas & crines ſuos ipſarum intingentes.

Colorum amænitates ne exquirantur, nec opificiorum deliciæ prætenues ac molliculæ. Etenim in veste pigmentorum lautitias conſectari, perinde est, atque si muliebrem comptum nobis accommodemus, quem magno illæ studio sibi aptare ſolent, accersitis lenociniis crines malosque inficientes.

χρώματι) χρόω vel χρώω obſoletum verbum, Futurum χρώσω. *Præteritum activum* κέχρωκα, *Paſſivum* κέχρωμαι, *Verbale* τὸ χρῶμα, *color, ut ſuprà*, τοῦ χρώματος, τῷ χρώματι. *Ut autem thema reperiamus, tametsi obſoletum, præstat ſurſum aſcendere hoc pacto:* χρώματι *Dativus est, Genitivus autem* χρώματος, *Nominativus* τὸ χρῶμα. *Neutra verò in* μα *ſunt nomina Verbalia, quæ deducuntur à prima perſona*

*Præte-*

*Præteriti Passivi ablato incremento, & converso* μαι *in* μα, *fit igitur* χῶμα *à* κέχωμαι, *quod formatur ab activo præterito* κέχωκα, *erit ergò Futurum* χώσω. *Præsens, nec tertiæ potest esse conjugationis, nec quartæ, illic enim præteritum passivum assumit* σ *ante* μαι, *ut suprà, ut à* πείθω πείσω, πέπεισμαι, *à* φράζω φράσω πεφρασμαι, *qua lege diceretur* τὸ χῶσμα *à Præterito* κέχωσμαι, *erit igitur præsens sextæ conjugationis* χώω, *nam in hac conjugatione, non omnia sumunt* σ *ante* μαι, *aut erit præsens* χόω, *& per Crasin* χῶ *in tertia circumflexorum. In conjugationibus autem circumflexorum, quando penultima præteriti activi est longa, non assumitur* σ, *ut scripsimus suprà in Institutionibus, diciturque* χῶμα, *per* ῶ *non* χόμα *per* ό. *Præteritum igitur Passivum unde hoc verbale proficiscitur, est* κέχωμαι *per* ω, *quod si scribitur* ο *parvum, diceremus* κέχοσμαι, *& inde verbale* τὸ χόσμα, *interjecta litera* σ.

ἀνθηρὸν) ἄνθος flos, ἀνθηρὸς floridus, jucundus, amænus *τὸ* ἀνθηρὸν, *amænum, Substantivè amænitas.*

διωκέσθω) διώκω persequor, sector, studiosè affecto, *Passivum* διώκομαι, *Imperativus* δίωκε, διωκέσθω.

κατάσκιῇ) Dativus à κατασκιὴ, Simplex ἡ σκιή.

λεπτὸν) λέπω decortico, Futurum λέψω, Præteritum λέλεφα, *Passivum,* λέλεμμαι, λέλεψαι, λέλεπται, *Verbale* λεπτὸς, *ut suprà, tenuis, minutus, quasi decorticatus.*

λεπτὸν καὶ μαλακὸν) Utrumque Adjectivum, & in *genere Neutro, capitur hîc Substantivè.*

ἶσον) ἶσος æqualis, interdum jota est breve, dum *ſcribitur* ἴσος *accentu acuto. Interdum producitur, & ſcribimus* ἶσος *circumflexè, quia longa ante brevem finalem circumflectitur, ut* ἑςῶτος, *ut ſuprà.*

γυναικείῳ) ἡ γυνὰιξ, τῆς γυναικὸς, inde fit Adjectivum *in* ειος, ὁ γυναικεῖος *muliebris.*

καλλωπισμῷ) κάλλος pulcritudo, ὤψ, ὦπος facies, *hinc verbum* καλλωπίζω *excolo, accuratè orno, Futurum* καλλωπίσω, *Præteritum activum* κεκαλλώπικα, *Paſsivum* κεκαλλόπισμαι, *Verbale* ὁ καλλωπισμὸς, *tertiæ Declinationis, ut ſuprà.*

ἀλλοτρίῳ) ἄλλος alius ἀλλότριος alienus, aſscitius.

ἄνθει) τὸ ἄνθος, τοῦ ἄνθεος, τῷ ἄνθεϊ, Crasis ἄνθει.

τρίχας) ἡ θρὶξ, τῆς τριχὸς per τ, ut ſuprâ. Accuſativus *pluralis* τάς τρίχας, *accentu in priore ſyllaba, ut ſupra.*

Ἀλλὰ μὴν καὶ παχύτητος οὕτως ἔχειν ὁ χιτὼν ὀφείλει, ὡς μὴ δεῖσθαι κοινωνοῦ πρὸς τὸ θάλπειν τὸν ἐνδυόμενον.

Atque & craſsitudine sic habere tunica debet, ut nec indigeat ſocio ad fovendum indutum.

Tunica sit eo usque crassa, ut alio opus non sit integumento ad calefaciendum corpus, ea contectum.

ἀλλὰ μὴν) at verò, enim verò, atqui.

παχύτητος) ὁ παχὺς crassus, inde Substantivum ἡ παχύτης, τῆς παχύτητος *crassitudo.*

παχύτητος οὕτως ἔχειν) Eleganter Genitivus additur, *quoties* ἔχω *ponitur cum adverbiis. Lucianus* ὡς ἕκαστος γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχεν. *In cujusmodi orationibus subaudias* ἕνεκα *vel* χάριν, *quæ crebrò in Genitivis intelliguntur,* γένους οὕτως εἶχε, *tali erat genere, id est, sic se habebat, quod ad genus attinet,* παχύτητος οὕτως ἔχειν ὀφείλει, *quantum ad crassitudinem pertinet, sic se habere debet.*

δεῖσθαι) Crasis ex Infinitivo δέεσθαι, à δέομαι, indigeo.

πρὸς τὸ θάλπειν) ad fovendum, vel calefaciendum, est *Infinitivus pro Gerundio, ut suprà in* πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι.

ἐνδυόμενον) δύω, ἐνδύω, ἐνδύομαι, induor, Participium *præsentis temporis,* ὁ ἐνδυόμενος *qui induitur.*

ὑπόδημα δὲ τὸ εὐτελὲς μὲν κατὰ τὴν ἀξίαν, ἀνενδεῶς δὲ τὴν χρείαν ἀποπληροῦν.

Calcarium verò vile quidem secundùm dignitatem, citra indigentiam, necessitatem implens.

Calciarium esto precio quidem illud vili, ſed quod vicem ſuam implere poſsit.

ὑπόδημα) δέω, δήσω, δέδηκα, δέδημαι, sic ab ὑποδέω, ὑποδέδημαι, *unde Verbale* τὸ ὑπόδημα, *ut ſuprà. Subaudiendum autem hoc loco verbum ſubſtantivum sit vel est, ut etiam antea.*

εὐτελὲς) τέλος interdum impenſa & ſumptus, πολυτελὴς *ſumptuoſus, sic* εὐτελὴς *vilis & facilè parabilis impenſæ.*

ἀνενδεῶς) ἐνδεῶς indigenter, ut sic loquamur, & *per* α *privativum* ἀνενδεῶς *citra indigentiam.*

ἀποπληροῦν) πλήρης plenus, πληρόω impleo, Par*ticipium* ὁ πληρόων, τὸ πληρόον, *Crasis* πληροῦν, *Compositum* ἀποπληροῦν *à verbo* ἀποπληρόω.

καὶ ἁπαξαπλῶς, ὡς ἐν τῷ ἐνδύματι ἡγεῖσθαι προσήκει τὸ χρειῶδες, οὕτω καὶ ἐν τροφῇ ἄρτος ἐκπληρώσει τὴν χρείαν, καὶ ὕδωρ θεραπεύσει τὴν δίψαν τῷ ὑγιαίνοντι, καὶ ὅσα ἐκ σπερμάτων παροψήματα, πρὸς τὰς ἀναγκαίας χρείας τὴν ἰσχὺν τῷ σώματι δυνατὰ διασώσασθαι.

Et ſemel in univerſum ut in indumento præire convenit utile, sic & in cibo panis explebit indigentiam, & aqua ſedabit sitim ſano, & quæ ex leguminibus obſonia, ad neceſsarios uſus robur corpori poſſunt conſervare.

Et

Et ut semel omnia in universum complectar, ut in veste comparanda, rationem inprimis constare oportet utilitatis, ita in cibo panis usus expleverit, id quod opus est ad alimentum: aquæ potus sedaverit sitim homini integræ valetudinis, quibus accedent ea pulmenta, quæ ex leguminibus ad usus tantùm necessarios facta tuendæ integræ corporis firmitati.

ἁπαξαπλῶς) ἅπαξ semel, ἁπλῶς simpliciter denique *&* *summatim, quæ duo adverbia simul junguntur, ut etiam dicitur* ἁπαξάπας, *id est, universus.*

ἐνδύματι) δύω, ἐνδύω, ἐνδύσω, ἐνδέδυκα, ἐνδέδυμαι. *Verbale* τὸ ἔνδυμα, *ut suprà,* τοῦ ἐνδύματος, τῷ ἐνδύματι.

ἡγεῖσθαι) ἡγέομαι. Infinitivus, ἡγέεσθαι, Crasis ἡγεῖσθαι, *id est, præire, & tanquam primas partes obtinere.*

χρειῶδες) χρεία usus ὁ ϗ ἡ χρειώδης, utilis, χρειῶδες *utile, Substantivum capitur pro utilitate.*

τροφῆς) τρέφω nutrie, ἡ τροφή, alimentum, cibus, ut *suprà.*

ἐκπληρώσῃ) πληρόω. Futurum πληρώσω, Compositum ἐκπληρώσω, *forsan scribendum hîc* ἐκπληρώσῃ, *& post,* θεραπεύσῃ *in Subjunctivo, nam Budæus vertit expleverit & sedaverit: quanquam & Latini Indicativum quandoque sic usurpare solent, valebis pro valeas.*

σπερμάτων) σπείρω, Futurum σπερῶ, Præteritum acti-

*vum* ἔσπαρκα, *Paſsivum* ἔσπαρμαι, *Verbale* τὸ σπέρμα, τȣ̃ σπέρματος, *per* ε, *ut etiam* τὸ τέλμα, ἀ τέλλω, τὸ τέρμα ἀ τείρω, *ut ſuprà.*

παροψήματα) ὀψάω, ὀψήσω, ὤψηκα, ὤψημαι, Compo*ſitum* παρώψημαι, *Verbale* τὸ παρόψημα, τȣ̃ παροψήματος, *ut ſuprà.*

ἀναγκαίας) ἡ ἀνάγκη, neceſsitas, ὁ ἀναγκαῖος neceſsa*rius, ut ab* ἀκμὴ ἀκμαῖος, *à* βία, βιαῖος, *ut ſuprà.*

ἰσχυὺ) ἡ ἰσχύς, τῆς ἰσχύος, τὴν ἰσχιὺ, *ut ſuprà.*

σωατι) τὸ σωμα, τȣ̃ σώματος, τῷ σώματι. Plato *dictum putat* σῶμα, *quaſi* σῆμα, *id est, ſepulcrum, quòd corpus ſit tanquam ſepulcrum animæ. Quamvis autem non statim occurrant vocum themata, non tamen protinus à rimando ſuperſedebimus, præſertim ubi aliqua deducendi ſpes affulſerit, verbi gratia: Neutra quæ in* μα *deſinunt, à Præterito paſsivo deducuntur, & verbalia ſunt: fingamus igitur thema, à cujus ſignificatione Nomen ipſum non multum abludat;* σωω *idem est quod* ὑγιαίνω *ſanus ſum & valeo, unde legitimè formari poſsit* τὸ σῶμα, *ut prius* χῶμα *à* χόω, *non tamen uſitatum est* σώω *ut* σώζω, *quemadmodum nec* χρώω, *ſed* χρώζω, *quæ dicta ſunt per pleonaſmum literæ* ζ, *cujusmodi plurima ſunt ſextæ conjugationis, at interventu* ζ *quartæ* ἔω, ἔζω, δικάω, δικάζω, *&c. sic à* χώω *&* σωω *fiunt* χώζω *&* σώζω, *quæ magis uſitata ſunt, nam crebrò ſunt obſoleta primitiva, & recepta ex illis*

*dedu-*

*deducta, πίκτω, verſatur in uſu, non τέκω primarium.*

δύναται) tertia perſona verbi δύναμαι ſecundæ con-*jugationis in μι, est autem deponens verbum.*

διασώσασθαι) σώζω, Futurum σώσω, Aoristus primus ἔσωσα, *medius* ἐσωσάμην, *Infinitivus* σώσασθαι, *Compositum autem* διασώσασθαι. *à verbo* διασώζομαι.

Ἐσθίειν δὲ μὴ λυσσώδη γαστριμαργίαν ἐμφαίνοντα, ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ εὐσταθὲς καὶ πρᾶον καὶ περὶ τὰς ἡδονὰς ἐγκρατὲς διασώζοντα, μηδὲ τότε τὸν νοῦν ἀργὸν ἐν τῇ περὶ θεοῦ ἐννοίᾳ ἔχοντα, ἀλλ' αὐτὴν τῶν βρωμάτων τὴν φύσιν, καὶ τὴν τοῦ ὑποδεχομένου σώματος κατασκευὴν, ἀφορμὴν ποιεῖσθαι δοξολογίας, πῶς ποικίλα εἴδη τροφῶν τῇ ἰδιότητι τῶν σωμάτων ἁρμόζοντα, παρὰ τοῦ πάντα οἰκονομοῦντος ἐπινενόηται.

Edere autem non rabidam gulositatem ostendentem, ſed ubique constans & manſuetum & circa voluptates continens ſervantem, neque tunc mentem otioſam in Deo cogitatione habentem, ſed ipſam alimentorum naturam, & ſuſcipientis corporis structuram, occasionem facere glorificationis, quomodo varia genera ciborum proprietati corporum congruentia, ab omnia moderante excogitata ſunt.

Inter epulandum hoc cavere convenit, ne helluantium ſpeciem præbeamus, ſed & constantiam & manſuetudinem ubique retineamus, atque in percipiendis voluptatibus æquabilem continentiam, ne tum quidem porrò ita animis eſse feriatis nos oportet, ut commen-

tatione rerum divinarum vacemus. Quippe qui alimentorum naturam, corporisque aliti opificium argumentum habeamus, divinas laudes exordiendi utique cum in mentem nobis venit, quomodo varia cibi genera corporum qualitati acccommodata, ab eo sint inventa, qui omnia moderatur.

λυσσώδη) λύσσα tabies, ὁ καὶ ἡ λυσσώδης rabidus τοῦ καὶ τῆς λυσσώδεος, τὸν καὶ τὴν λυσσώδεα, *Crasis* λυσσώδη.

γαστριμαργίαν) γαστὴρ venter, *μάργος* edax, *γαστριμαργία, gulositas.*

ἐμφαίνοντα) φαίνω, ἐμφαίνω, Participium ἐμφαίνων.

ἀσταθὲς) ἵστημι tertia perſona præteriti paſsivi est ἕσταται, *Verbale* στατὸς, *ut ſuprà, à quo* ὁ καὶ ἡ ἀσταθὴς, τὸ ἀσταθὲς, *migrat autem* τ *in* θ, *ut etiam fit ſuprà in* ἐσθής.

βρωμάτων) βρώσκω, Tempora ſumit à βρόω, βρώσω, βέβρωκα, βέβρωμαι, *Verbale* τὸ βρῶμα, τοῦ βρώματος, *ut ſuprà.*

φύσιν) ἡ φύσις, τῆς φύσεως, verbale à φύω, ut ſuprà.

δοξολογίας) δόξα gloria, λόγος ſermo: inde δοξολογία *laus, & verbum* δοξολογέω *glorifico.*

εἴδη) τὸ εἶδος, τοῦ εἴδεος, τὰ εἴδεα Crasis εἴδη.

τροφῶν) τροφὴ, Genitivus pluralis τῶν τροφῶν.

ἰδιότητι)

ἰδιότητι) ἡ ἰδιότης, τῆς ἰδιότητος, τῇ ἰδιότητι ab ἴδιος.

οἰκονομοῦντος) οἶκος, domus, familia, νόμος *lex, hinc* οἰκονόμος, *qui rebus domesticis tanquam lex est, toti familiæ gubernandæ præfectus, & Verbum* οἰκονομέω *guberno, dispenso. Participium* ὁ οἰκονομέων, τοῦ οἰκονομέοντος. *Crasis* οἰκονομοῦντος, *ut* ποιέοντος ποιοῦντος *à* ποιέω.

ἐπινενόηται) νοέω, νοήσω, νενόηκα, νενόημαι, νενόησαι, νενόηται. *Compositum* ἐπινενόηται *ab* ἐπινοέω.

Εὐχαὶ πρὸ τροφῆς ἀξίως γινέσθωσαν τῶν τοῦ θεοῦ παροχῶν, ὧν τε νῦν δίδωσι καὶ ὧν πρὸς τὸ μέλλον ἐταμιεύσατο, εὐχαὶ μετὰ τροφὴν εὐχαριστίαν τῶν δεδομένων ἔχουσαι, καὶ αἴτησιν τῶν ἐπηγγελμένων.

Orationes ante cibum dignè fiant Dei donis, quæque nunc dat, & quæ in posterum reposuit; Orationes post cibum, gratiarum actionem datorum habentes, & flagitationem promissorum.

Porrò autem orationes, antequam cibum suminius, pro dignitate divinarum benignitatum ineundæ sunt, cum earum, quæ in præsenti nobis divinitùs conferuntur, tum verò earum, quæ in posterum eisdem reconditæ sunt. Jam à corporum curatione rursus orationes gratiarum actionem exequantur, jam exceptorum ergò atque eo ampliùs eorum flagitationem, quæ Deus nobis pollicitus est.

ἀξίως) ἄξιος dignus, Genitivo jungitur, sic & Adverbium ἀξίως τῶν παροχῶν, quemadmodum ad Romanos cap: ult: ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν κυρίῳ, ἀξίως τῶν ἁγίων, ut eam ſuſcipiatis in Domino, dignè ſanctis, id est, ita ut ſanctos decet. Ad eundem modum Latini: *Vivere naturæ sic convenienter oportet.*

γενέσθωσαν) γίνομαι ſecundus Aoristus medius ἐγενόμην, *ut ſuprà. Imperativus* γενοῦ, γενέσθω, *Plurale* γενέσθωσαν.

παροχῶν) ἔχω, παρέχω præbeo ἡ παροχὴ quid quid *largimur & conferimus, vertitur* ε *in* ο, *ut prius dictum est in* τρέπω, τρόπος. *Genitivus pluralis* τῶν παροχῶν.

ὧντε) ὧν Relativum est antecedentis παροχῶν, *Græci verò Genitivum ponunt in eodem caſu antecedente,* ἀξίως τῶν παροχῶν, ὧν δίδωσι *pro* ἃς δίδωσι, *ut ſuprà.*

μέλλον) Futurum, sive venturum, est Participium *neutrius generis, præſentis temporis, à verbo* μέλλω, *unde Græcis Futurum tempus dicitur* μέλλων.

ἐταμιεύσατο) ταμιεύω, Futurum ταμιεύσω, Aoristus pri-*mus activus* ἐταμίευσα, *Medius* ἐταμιευσάμην, ἐταμιεύσω, ἐταμιεύσατο, *id est, condidit & ſepoſuit.*

εὐχαριστίαν) χάρις, gratia, beneficium, χαρίζομαι gra-*tiam confero, finge vocem activam* χαρίζω, χαρίσω, κεχάρικα, κεχάρισμαι, κεχάρισαι, κεχάρισται, *Verbale* χαριστὸς, *ut ſuprà, & addita particula* εὖ, *ut* εὐχά-

ρις ος,

ϱιςὸς, *unde* εὐχαριςέω, *gratias ago*, & *Nomen* εὐχαριςία, *gratiarum actio.*

διδομένων) δίδωμι, Præteritum paſsivum δέδομαι, ut *ſuprà*, *unde Participium* ὁ δεδομένος, ἡ δεδομένη, τὸ δεδομένον.

αἴτησιν) αἰτέω, αἰτήσω, ᾔτηκα, ᾔτημαι, ᾐτησαι, Verbale ἡ αἴτησις, τῆς αἰτήσεως, τὴν αἴτησιν, *ut ſuprà.*

ἐπηγγελμένων) ἀγγέλλω, Futurum ἀγγελῶ, Præteritum *activum* ἤγγελκα. *Paſsivum* ἤγγελμαι, *Participium* ἠγγελμένος, *Compositum* ἐπηγγελμένος *ab* ἐπαγγέλλω.

Ὥρα μία τροφῆς ἀποτεταγμένη, ἡ αὐτὴ κατὰ περίοδον ἀπαντῶσα, ὡς ἐκ τῶν εἴκοσι τεσσάρων ὡρῶν τοῦ ἡμερονυκτίου μόλις εἶναι ταύτην τὴν προσαναλισκομένην τῷ σώματι, τὰς δὲ λοιπὰς ἐν τῇ κατὰ νοῦν ἐργασίᾳ ἀπασχολεῖσθαι τὸν ἀσκητήν.

Hora una cibi constituta, eadem per ambitum revertens, ita ut ex viginti quatuor horis diei & noctis, vix sit hæc inſumpta corpori: at reliquas in circa mentem operatione occupetur exercitator.

Denique cibi ſumendi hora sit unica & constituta, eademque ſemper per ambitum revertens: ut hæc curando corpori destinata, una sit ex quatuor & viginti, quam temporis intercapedinem complectitur diei noctisque viciſsitudo. Reliquas autem horas mens commentando occupata sit, hominis quidem certè, qui menti exercendæ in ſolitudine ſe addixerit.

U ἀποτε-

ἀποτεταγμένη) τάσσω, τάξω, τέταχα, τέταγμαι, Participium τεταγμένος, Compositum ἀποτεταγμένος ab ἀποτάσσω.

περίοδος ab ὁδὸς multa fiunt, περίοδος, κάθοδος, ἔφοδος, μέθοδος, & ita in cæteris præpositionibus.

ἁπαντῶσα) ἀντάω, Participium ὁ ἀντάων, ἀντάουσα, Crasis ἀντῶσα, Compositum ἁπαντῶσα ab ἁπαντάω.

εἰκοσιτεσσάρων) de numeralibus dictum est suprà.

ἡμερονυκτίου) ἡμέρα, dies, ἡ νὺξ, τῆς νυκτὸς, nox inde τὸ ἡμερονύκτιον, tempus complectens diem & noctem.

προσαναλισκομένην) ἀλίσκω, ἀναλίσκω, προσαναλίσκω, προσαναλίσκομαι, Participium προσαναλισκόμενος.

ἀπαχολεῖσθαι) χολὴ, inde verbum ἀχολέω, ἀχολέομαι, Compositum ἀπαχολέομαι, Infinitivus ἀπαχολέεσθαι, & per Crasin ἀπαχολεῖσθαι, ut ποιεῖσθαι.

ἀσκητὴν) ἀσκέω, ἀσκήσω, ἤσκηκα, ἤσκημαι, ἤσκησαι, ἤσκηται, Verbale, ὁ ἀσκητὴς, ut suprà.

Ὕπνοι δὲ κοῦφοι καὶ εὐαπάλλακτοι, φυσικῶς ἀκολουθοῦντες τῷ συμμέτρῳ τῆς διαίτης, κατ' ἐπιτήδευσιν δὲ ταῖς περὶ τῶν μεγάλων μερίμναις διακοπτόμενοι.

Somni verò leves & facilè discedentes, naturaliter sequentes proportionem diætæ, secundùm studium autem de magnis curis interrupti.

Somni

Somni leves ſunto, ejusque modi, qui executi facilè poſsint, ex naturæ utique præſcripto, ad victusque rationem appositi. Id verò interim accurandum, studioque aſsequendum est, ut commentandis rebus arduis ipsi paſcantur ſomni.

Εὐαπάλλακτοι) ἀλλάττω, ἀλλάξω, ἤλλαχα, ἤλλαγμαι, ἤλλαξαι, ἤλλακται. *Verbale* ἀλλακτὸς, *Compositum* ἀπάλλακτος, *ab* ἀπαλλάττομαι, *deinde cum* εὖ *dicitur* εὐαπάλλακτος, *id est, qui facilè diſcedit.*

Φυσικῶς) ἡ φύσις, natura, φυσικὸς naturalis, unde Adverbium φυσικῶς *à Genitivo plurali verſo* ν *in* σ.

συμμέτρῳ) μέτρον, inde ὁ σύμμετρος. Neutrum σύμμετρον *Substantivè, id est,* συμμετρία, *proportio.*

διαίτης) ἡ δίαιτα, τῆς διαίτης.

Διακοπτόμενον) κόπτω, διακόπτω, διακόπτομαι, *Participium* διακοπτόμενος, *qui interrumpitur. Exemplar Aldinum habet* διαβοσκόμενοι, *à* βόσκω, *quod ſecutus est Budæus: Ipsi, inquiens, paſcantur ſomni.*

Τὸ γὰρ βαθεῖ κάρῳ κατακρατεῖσθαι, λυομένων αὐτοῖ τῶν μελῶν, ὥστε σχολὴν ἀτόποις φαντασίαις παρέχειν, ἐν καθημερινῷ θανάτῳ ποιεῖ τοὺς οὕτω καθεύδοντας.

Nam profundo ſopore detineri, ſolutis ipsius membris, ita ut otium abſurdis visis præbeat, in quotidiana morte facit sic dormientes.

Nam altiore correptum eſse ſopore, sicque eſse veterno diſsoluta hominis contemplatoris membra, ut interim pateat aditus visis abſurdis obrepentibus, id certè instar est quotidianæ mortis.

βαθεῖ) ὁ βαθὺς, τοῦ βαθέος, τῷ βαθέϊ, Crasis βαθεῖ, *de cujusmodi Nominum contractione, ſuprà.*

κάρῳ) κάρος ſomnolentia, gravis ſopor.

κατακρατεῖσθαι) κρατέω, κρατέομαι. Infinitivus, κρατέεσθαι, *Crasis* κρατεῖσθαι, *Compositum* κατακρατεῖσθαι.

μελῶν) τὸ μέλος, τοῦ μέλεος, τῶν μελέων, Crasis μελῶν.

ἀτόποις) τόπος, hinc ἄτοπος abſurdus.

φαντασιαις) vide ſuprà in φαντασίαις.

καθημερινῷ) ἡμέρα, dies, καθ' ἡμέραν, quasi dicas: *per diem, ut* καθ' ἑκάστην ἡμέραν *per unumquemque diem, per singulos dies: & quia dictum est* καθ' ἡμέραν *per Apostrophum, etiam tanquam unica dictio composita ſcribitur* καθημέραν, *id est, quotidie: unde Adjectivum* καθημερινὸς *quotidianus,* μεθημερινὸς: *diurnus, ut ſuprà in* μεθημερινάς.

οὕτω καθεύδοντας) οὕτως & οὕτω idem, ſed hoc ante *conſonantem, illud ante Vocalem,* οὕτως ἐποίησε.

Ἀλλ' ὅπερ τοῖς ἄλλοις ὁ ὄρθρος ἐστὶ, τοῦτο τοῖς ἀσκηταῖς τῆς

ἑσπε-

εὐσεβείας, τὸ μεσονύκτιον, μάλιστα σχολὴν τῇ ψυχῇ τῆς νυκτερινῆς ἡσυχίας χαριζομένης, οὔτε ὀφθαλμῶν οὔτε ὤτων βλαβερὰς ἀκοὰς ἢ θέας ἐπὶ καρδίαν παραπεμπόντων, ἀλλὰ μόνον καθ' ἑαυτὸν τοῦ νοῦ τῷ θεῷ συνόντος, καὶ διορθουμένου μὲν ἑαυτὸν τῇ μνήμῃ τῶν ἡμαρτημένων, ὅρους δὲ ἑαυτῷ τιθέντος πρὸς τὴν ἔκκλισιν τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν παρὰ θεοῦ συνεργίαν εἰς τὴν τελείωσιν τῶν σπουδαζομένων ἐπιζητοῦντος.

Sed quod aliis diluculum est, hoc cultoribus pietatis media nox, maximè otium animæ nocturna quiete largiente, neque oculis, neque auribus noxios auditus aut aſpectus in cor admittentibus, ſed ſolum apud ipſam mente cum Deo præſente & corrigente quidem ſeipſam memoria peccatorum, fines verò sibi ipsi statuente ad declinationem mali, & à Deo auxilium ad perfectionem studiorum implorante.

Atqui quod aliis diluculum, id nox iis dimidiata est, qui ſe colendæ pietatis studio devoverint. Tum enim præcipuè otium animæ largitur nocturnum conticinium, cum neque oculi aſpectus importunos, neque aures auditus obturbatores, intrò ad cor admittunt. Cæterùm mens ſola ſecum cum Deoque negotium habens, tum peccatorum ſuorum recordatione ſese corrigens, fines ipſa sibi præſcribit ad vitia averſanda, opem etiam divinitùs implorans ad ea adipiſcenda, ad quæ magno studio incitata est.

εὐσεβείας) σέβω colo, veneror, σέβος reverentia & *adoratio, inde Adjectivum* ὁ καὶ ἡ εὐσεβής, *à quo ſubstantivum* ἡ εὐσέβεια, τῆς εὐσεβείας *contrarium* ἀσεβής, ἀσέβεια.

μεσο-

μεσονύκτιον) μέσος medius, ἡ νὺξ, τῆς νυκτὸς nox, noctis: *unde μεσονύκτιον media nox, nox intempesta.*

νυκτερινῆς) ἡ νὺξ, τῆς νυκτὸς, à quo νυκτερὸς unde ὁ νυκτερινὸς, ἡ νυκτερινὴ, τῆς νυκτερινῆς. *Quomodo autem Adjectivorum fœminina se habeant, & neutra, scriptum est suprà.*

ὤτων) τὸ ὦς, τοῦ ὠτὸς, ut φῶς, φωτὸς, ut suprà.

βλαβερὰς) τὸ βλάβος, vel βλάβη, nocumentum, in*de fit ὁ βλαβερὸς nocivus, ut à φόβος, φοβερός.*

συνόντος) εἰμὶ, sum, Participium ὢν ὄντος, ut suprà. *Compositum συνὼν, συνόντος, à verbo σύνειμι.*

διορθουμένου) ab ὀρθὸς fit verbum ὀρθόω. Compositum *διορθόω, διορθόομαι, Crasis διορθοῦμαι, Participium διορθούμενος.*

μνήμῃ) μναομαι, reminiscor; finge vocem activam, *μνάω vel μνέω. Futurum μνήσω, unde ἡ μνήμη ut ἡ γνωώμη, à Futuro γνώσω, & ἡ ῥώμη à Futuro ῥώσω à ῥωννυμι, Dativus τῇ μνήμῃ.*

ἡμαρτημένων) ἁμαρτάνω pecco, tempora sumit ab ἁμαρ*τέω, Futurum αμαρτήσω. Præteritum activum ημάρτηκα Passivum ἥμάρτημαι, Participium ἡμάρτημένος, Plurale neutrum τὰ ἡμαρτημένα, hoc est, peccata, quæ peccando admissa sunt, ut τὰ σεσωφρονημένα, quæ temperanter acta sunt.*

πθεντος) τίθημι. Participium ὁ τιθεὶς, τοῦ τιθέντος, *ut suprà.*

ἐκκλίσιν)

ἔκκλισιν) κλίνω, Futurum κλινῶ, Præteritum activum κέκλικα, *Passivum* κέκλιμαι, κέκλισαι, *unde* ἡ κλίσις, *ut suprà*, τῆς κλίσεως, τὴν κλίσιν, *Compositum* ἐκκλίνω, *inde* ἔκκλισις.

συνεργίαν) ἔργον opus, συνεργὸς adjutor, auxiliator, & *collega in opere*, ἡ συνεργία *auxilium*.

τελείωσιν) à τέλος fit ὁ τέλειος perfectus, inde *verbum* τελειόω *perficio*, τελειώσω, τετελείωκα, τετελείωμαι, τετελείωσαι, *Verbale* ἡ τελείωσις, *ut suprà*, τῆς τελειώσεως, τὴν τελείωσιν, *id est, perfectionem.*

σπουδαζομένων) τὰ σπουδαζόμενα, quæ nobis curæ *sunt*, & *in quæ magno studio incumbimus*, *à* σπουδάζω, *pro eo quod est, studiosè expeto.*

ἐπιζητουμένος) ζητέω, Participium ὁ ζητέων, τοῦ ζητέοντος, *Crasis* ζητοῦντος, *Compositum* ἐπιζητοῦντος *à verbo* ἐπιζητέω.

## PERORATIO.

Hæc habui quæ de Grammaticis meditationibus in medium afferrem, id potissimum spectans, ne juventus Græcarum literarum avida, diutius quàm par esset, in primis linguæ rudimentis hæreret, sed uno in opusculo totum istarum minutiarum tædium devoraret, gravioribus deinde disciplinis & autorum mancipanda lectionibus. Cum enim futurum sperarem, ut hoc studium apud plurimos minore gravaretur invidia, si compendio temporis mediocrem cognitionem attulisse videretur, non committendum putavi, ut hac parte studiosis adolescentibus deessem. Quod etiam eò feci libentius, eoque magis conandum esse duxi,

quòd

quòd nullus fermè hodie terrarum sit angulus sine Græcarum literarum fautoribus: ſed apud quosvis hominum ordines, non paucis pro ſua quisque vice, rem pulcherrimam & maximè frugiferam provehant & exornent. Quidam doctiſsimis ingenii ſui monumentis, alii extruendis Gymnasiis, alii alendis linguarum profeſsoribus, nunquam interituram sibi gloriam pepererunt: Quorum insignem unum, nullique ſecundum, nostra hæc tulit ætas, Joannem Tartesium, quem felix & ſemper doctis fæcunda viris, in hac luce gaudens contemplatur Lutetia omnium literarum Mecænatem, Præsidem Collegii Lexoviensis. Is igitur vir linguarum patrocinium ita ſuſcipit, ut unus ferè sit instar totius Galliæ, nusquam diſcipulorum numerus major, nusquam tanta profeſsorum cohors, omnium Muſarum dotibus instructiſsima. Quem enim ille non ultrò aſsiſcit, paſcit & ornat, quem eruditionis nomen commendavit? Est ubi Latinè diſcas commodius, illic Græcè fortaſse melius, ibi contra Hebraicè: verum hoc Lexovienſe Collegium bonorum omnium est mare: Latinos, Græcos, Hebræos habet multos: quin & Chaldæos atque Arabicos propediem dabit, si modò parere liceat, quod diu parturivit: adeo gladiatorio quodam animo Præſes ille in hanc laudem incumbit, quasi in fatis eſset, ut unus linguarum studiis promovendis præeſset: dignus profectò, qui Regum gazas & opulentiſsimos theſauros poſsideat, tam excelſa & benefica natus voluntate, ut ſeipſum literarum ſaluti devoviſse videatur. Quapropter omnes linguarum candidatos decet, ut hunc virum colant & venerentur, pro meritis in cælum laudibus vehant, nomen celebrent, eique ſucceſsus proſperos, & multorum ſæculorum annos precentur. Nam vivente Tartesio, ſemper incolumes literæ durabunt, & nunquam cadere poterunt.